





6 XCI  
69

DE  
CAVSSIS CITATIONIS EDICTALIS.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS 1791 4

QVAM

PRAESENTE

D. ERNESTO GODOFR. CHRISTIANO  
K L V E G E L I O

DIG. VETER. P. P. O. CVRIAEC PROV. ELECT. CONSIST.  
ECCLES. SCABINAT. ET FACVLT. IVRID. VITEBERG,  
IVDICII ITEM PROVINC. IN LVSAT. INF. MARCH.  
ASSESSORE

PRO CAPESENDIS SVM MIS IN VTROQVE IVRE  
HONORIBVS

DIE I. NOVEMBRIS A. O. R. MDCCCLXXXI

H. L. Q. C.

DEFENS VRVS EST

A V C T O R

ANDREAS AVG VSTVS HERING

BVDISSA - LVSATVS

IVR. VTR. CAND. ADVOCAT. IN TERRIS ELECT. SAX. ET LVSAT. SVP.  
IMM. ET NOTAR. PVBL. CAES.

VITEMBERGAE,

LITTERIS TZSCHIEDRICHIL.

DE  
CASSIS CITATIONIS EPICTETI  
BASILEIAE ANNO MCMXII  
DANIEL FRAZER  
FRATRIS  
D. HENRICI GODONI CHRISTIANO  
KLAEGERTO  
DIE VETERI PROCLAMATA SCIENTIA  
ECCLÆS SCIENTIA ET SCALITATIS  
LITERATURÆ IN MARCO  
TRIO CATHOLICIS SUMMIS IN ASTRONOMIA  
HONORIBUS  
PIRI NOVAM PRAECEPTE  
ALBERTUS HILDEBRANDUS  
ANDREAS VAGATVS HILDEBRANDUS

ILLVSTRISSIMO  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
**FRIDERICO LVDOVICO**  
**W V R M B**

DOMINO ET DYNASTAE IN GROSSEN - FVRRA, SERENISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS ADMINI-  
STRO ET COMITI CONSISTORIANO, COLLEGII REGVNDIS REBV  
OECONOMIAE ET COMMERCIORVM PRAESIDI, ORDINIS IMPE-  
RIALIS S. JOSEPHI EQVITI COMMENDATORI.

DEVOTISSIMUS AVTOR

ILLUSTRISSIMO  
ATQUE  
EXCELVITISSIMO  
DOMINO  
FRIDERICO FABRICIO  
MARMBR

DOMINO ET DIVERSIS IN GESSEN - TUTA, EXCELVISSIMA REINICIA  
HEC OPERIS SAVONAROLAE ET SANCTIORIS AVAMPOTIUS VITAM  
SIT ET COMIT CONSISTORIUM, COTTICUM HERMANNIS REVA  
OCATIONVM ET COMMERCIOVM PRAEVIDI, QVOD INTE  
NITIS & IUSTIS LEGAT COMMENDAVIT.

ET LUX A SOLE SPERVIT.

Y R  
ILLVSTRISSIME AC BRILLVSTR  
PERILLVSTRI  
ATQVE  
GENEROSSISSIMO  
DOMINO  
**FRIDERICO GUILIELMO**  
S. R. IMP. LIBERO BARONI  
**DE FERBER**

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS SANCTORIBVS IN FISCI  
PRINCIPALIS SENATV A CONSILIIS INTIMIS COLLEGII REGVNDIS  
REBV S OECONOMIAE ET COMMERCIORVM PROPRAESIDI

HVNCC E LIBELLVM

SVMMA GRATI ANIMI PIETATE VENERABVNDVS  
or. Commissarii consiliorum et secretariorum et consiliorum  
consistorii, presulum, legationis et adiutoriorum eiusmodi pre ei  
concentu concelebrant. Quae dictiones publice veritatis, non  
veret, tali deo dicitur. D. D. D.  
DEVOTISSIMVS AVCTOR.

FRANCISCA  
PERGAMEN  
INTITULATR

ATA.

GENESIS

DOMINI

FREDERICO GAIETINO

S. R. M. P. T. P. G. V. R. O. I.

DE FERRER

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI  
FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

SUMMA GRATIA ANNI PÆTATE ANTEPANNUS

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

FRANCISCA RECCEONI SAXONIE A COLOGNE SACRAE HORAE IN MECI

## V I R I

ILLVSTRISSIME AC PERILLVSTRIS,

DOMINI INDVLGENTISSIMI,  
bonae p[ro]p[ter]e, q[uo]d oportet  
Aeque omni ratione supplice labore, ac exercitu aude[re] fo-  
tientiam, d[omi]nae beatitudine meam t[em]p[or]e mili[ti]a debet  
discere, et in hoc exercitio exercitare. Q[ui]od a[ct]u[m] f[ac]tum est, non  
sup[er]bia, dum tunc res meae fortunatae meam perlungimmo  
passacionis dulcedinem. V[er]o quis p[ro]ficiat, d[omi]nae dilectionem  
quae in Aeternum, Domini indulgentiam, et confortum  
p[ro]videt, quoniam ob id summae dignitatis, et honoris  
potius

**Q**uamquam omnes fere, qui summis et in excelsis positis  
loco viris labores suos consecrant, in orationis ingressu  
suae audaciae excusationem quaerendam esse ducunt, non ta-  
men mihi eundem peruulgatum tenendum esse morem arbit-  
ror. Communi enim praedicatione omnes summae Vestram  
comitatem, gratiam, lenitatem et admirantur et uno ore et  
concentu concelebrant. Quae dum ante oculos versantur, non  
vereor, hasce doctrinae meae primitias in reuerentiae aut

potius

# V I R I

ITATRISIME A PERITAS TRIS

potius pietatis in Vos summae argumentum Vobis offerre,  
Vosque omni religione supplex rogare, ut gratiam atque be-  
nignitatem, qua patrem meum fato mihi erectum dignati  
estis, et in me transferre velitis. Quod ut facturi sitis, non  
dubito, quum iam res meas fortunamque meam benignissimo  
patrocinio subleuare Vobis placuerit, qua propter et reliquam  
spem omnem in Vestram, Domini Indulgentissimi, tutelam  
praesidiumque trado atque commando. Summum vero Nu-  
men Vos patriae omnibusque, qui pro Vesta salute pia vota  
nuncupant, quam diutissime incolumes conseruet, Vosque  
omni prosperitatis generē beatissimos esse iubeat.

DOMINI INDVLGENTISSIMI

MVRVM VESTRARVM PRAESTANTISSIMARUV

concepere. Quis quatuor situs oculis retinunt, non

CULTOR OBSEQUIOSISSIMVS

ANDREAS AVGUSTVS HERING.

Bochum



*... deo dico quod a me dictum est. Et ecce dictum est. Quia immobile quod est in se est in aliis et in aliis immobile quod est in se est in me. Ita etiam et in aliis immobile quod est in se est in aliis et in aliis immobile quod est in se est in me. Ita etiam et in aliis immobile quod est in se est in aliis et in aliis immobile quod est in se est in me.*

*Catharina Belli ex libris suorum*

*... et in aliis immobile quod est in se est in aliis et in aliis immobile quod est in se est in me.*

*... et in aliis immobile quod est in se est in aliis et in aliis immobile quod est in se est in me.*

DE

## CITATIONIS EDICTALIS CAVSSIS.

S. I.

*Editum, edicere, editalis.*

**D**e editali citatione acturis nonnulla de ipso verbo editalis videntur esse praemittenda. Editale autem est, quod ad editum pertinet, vel ab edito nomen habet, vel aliquo modo cum edito neicitur. Ita edictales nominabantur olim apud Romanos illi iuris studiosi, quibus editum explicabatur a Iuliano compositum, quod factum est secundo cursus studiorum anno, a) quod nomen etiam retinuerunt, postquam Iustinianus suos iuris libros editorat, quamvis is edito substituisset nonnullos Pandectarum libros. b) Ita quoque editalis bonorum possessio nominatur, quae ex edicto praetoris comperebat, c) ita ut de plane peri potuerit, d) Imperatores etiam leges, quas generales perpetuasque esse voluerunt, sae-

pius

a) Heinecc. antiqu. Rom. Iurispr. ill. Prooem. §. 45.

c) L. 30. §. 1. D. de acqu. vel omitt. hered.

b) Conf. Iustin. Omnem. ad antecess. possid.

d) L. 2. §. 1. D. quis ordo in bon.

B

pius leges edictales appellarent. e) Edicere autem, a quo ipso editum et deinde edictalis veniunt, si vocis adspiciamus deriuacionem, videretur propriis significare: ita dicere, ut de ea re nihil amplius dicendum sit; siue quia non opus est, siue quia fieri non potest. Huc refero illud Terentii f)

*Dico, edico vobis, nostrum esse illum berilem filium.*

in quod illud edico hoc modo quam commodissime verti puto: dieſ sage ich euch ein für allemahl. Cum vero tunc in primis ita dicimus, ut nihil amplius dicere velimus, cum iubemus, in suadendo enim, rogando, aliisque dicendi generibus, mente quaedam reseruantur, factum esse videntur, ut edicere idem significet, atque iubere, quod Donatus g) animaduerit, edicimus, scribens, quod iubemus fieri. Hinc, quicunque iubandi potestatem haber, edicere dicunt, et, quod iussit, edictum. Ita de testatore, quem secundum illud nouissimum XII Tabb. paterfamilias uti legasset, etc. tanquam legislatorem in rebus ad familiam suam pertinentibus considerabant Romani, hoc verbum legitimus usurpari. h) Deinde magistratus Romani, non solum praetores, sed paſſim maiores, i) edicebant vel iubebant. Nam id ipsum, quod in Edicto praetorio inueniebatur, praetor paſſim iussisse, k) praecipitſi) dicitur. Eodem modo principum constitutiones nominantur edicta, quod verbum,

si

e) L. fin. C. quod cum eo, qui in aliena poreſt. L. 6. pr. C. de ſecund. nupt. et alibi.

f) in Eanucbo Ad. V. Sc. V. v. 20. g) in ſchol. ad Terens. Hecyr. Att.

IV. ſcena i. v. 43.

b) niſi aliud reſtor edixit. L. 20. ſ. penult. D. famili. eriſe.

i) aediles, cenfore, conſules, proconsules, dictatores, item quaeftores, tribuni plebis; olim reges, deinde praefecti urbi, praefecti au-

gustaſ. vid. Heineccii bifi. iur. L. i. c. 3. §. 63, et Polleti bifi. fori Rom. L. III. cap. 2. qui de his: dicere, ſcribit, non eſt dirimere priuatorum controverſias, ſed iura generalia ſancire. Ad iſtas magistratus addendi ſunt Decemviri ex Livio L. III. c. 38. verbiſ: ſenatum in diem poſterum edi- cunx.

k) L. I. D. ſi quis cautionibus.

l) L. III. §. 1. D. nequis eum, qui in ius vocab.

si de principum usurpetur placitis, a plerisque denotare scribitur constitutionem generalem, proprio impulsu datam, *m)* cum tamen eius vis, vel ipsa legen*n)* hoc indicante, omnino latius pateat. *o)* Haec igitur de edicentibus. Sed de instrumento etiam pauca. Etymologia autem vocis satis docemur, edicendum proprie esse verbis ore prolatis. Non enim per scripturam dicimus. Neque editi antiquorem significationem aliam fuisse credendum est. Apud veteres Romanos non multa scripta fuisse, plurima nuncupata, ut alibi, ita in foro etiam, admodum est credibile. Imo primis prae-turae temporibus praetor forsitan editum, cum ad honorem adiret, oratione sua totum publice proposuit, quod, cum procul dubio eo tempore paucis consiliterit capiibus, nam a quo quis successore, si placuerit, auctum est, *p)* facilime fieri poterat, ut scriptura editi in albo tantum memoriae causa facta fuerit. Hoc ut credamus, adducere nos potest locus Ciceronis, *q)* ubi haec sunt: *quid enim mereri velis, iam, cum magistratum interis, et in concionem adscenderis, est enim tibi edicendum, quae sis obseruaturus in iure dicendo.* Quid, quod si vel maxime negare velimus, edita praetoria verbis ore prolatis proposita fuisse, id tamen de repentinis nunquam defendi poterit, vel specialibus, ut appellantur Heineccio. *r)* De principum editis eodem modo licet iudicare. Potuit enim princeps sine scriptura iubere, ut iussi tantum deinceps aliorum accederet scriptura, obliuionis evitanda causa: quin imo hoc plerunque ita factum esse, vix aliquis ambiger. Verum enim vero, quemadmodum simplex illa vox, dico, ut etiam socia eius, *aio*, ex translatione significatio-nis saepius de his, quae scripta tantum, non dicta, fuerunt, sumi-tur, ita quoque compositum, edico, et ab eo originem ducens

## B 2

editum

*m)* Ludouici in *doctr. pandect.* L. i. tit. 4. §. 3. Berger in *Oec. Iur.* L. i. tit. i. tb. 24. Mencken in *Inslfr. tract. syn.* L. i. tit. 2. tb. 4.

*p)* id. Hofm. L. i. c. i. Per. IV. §. 14.

*q)* de finib. L. ii. c. 22.

*n)* L. 3. C. de legg. et constit.

*o)* Hofmann in *bifl. iur.* L. i. Cap. i. period. V. seit. 3. §. 2.

*r)* in *Syn. Antiqu. Rom. Iurispr. illuftr.* L. i. tit. 2. §. 23. cum quo conser-viul. *Hift. Iur.* L. i. c. 3. §. 65.

edictum hanc habent potestatem, ut scriptio comprehensum indicent. Nam cum in pandectis legatur: edixit praetor, edicit praetor, i) non intelligitur aliquid, quod via praecepsum est voce, sed scriptum in edito perpetuo, quod scriptura comprehendebatur statim, cum id componeret Julianus. Similiter statuendum est fere de quacumque pandectarum lege, in qua verbum editi occurrit, ut si scriptum inueniamus: verba editi sunt, t) editum habet acquiratatem, u) editio cauetur, x) et multa alia eiusmodi, quae omnia colligere inutile forer, nihil aliud, quam editum illud significetur Julianum, quod ab Hadriano Imp. publice quidem propositum fuit, nunquam tamen publice recitatum videtur. Bene igitur ad hanc verbi vim respicientes scripores graeci, ut Dio et Iosephus, editum graecis vocabulis διαγεγραπτόν, προγράφων appellarent. y) quae a scriptione significationem habent. Quamvis autem haec sint verissima, id tamen manifestum est, scripturam non pertinuisse ad ea edita, quae praetor vel alias magistratus in singularibus causis dabat, quibus, edito etiam perpetuo edito, vix potius supersedere. Nihil addam de editis principum, quae scripta promulgata fuissent, vel ex eo appareret, quod programmata praemisso publice proponebantur, z) sunt vero edita magistratum nonnunquam alio nomine, editiones, quae vox tamen magis ad actum edicendi pertinere videtur, quam ad materiam, appellata, vii ex Plauto obseruavit Pollitus. a) Hodie verbo editum, si de magistratum iussu sermo est, rarissime, b) certe, quantum scio, in Saxonia nunquam videntur. Ad significandam autem constitutionem a Principe datam

extra

i) e. g. in l. 1. §. 1. D. de minor, idem est dicendum de his verbis: praetor ait, quae in l. 4. §. 1. D. de in ius voc. et alibi sexcenties leguntur.

r) L. 1. §. 1. D. de dolo malo

u) L. 1. D. quod quinque iuris.

x) L. 1. D. in ius vocati ut eant.

y) vid. de his Briffon. de verb. signif. l. v. edita.

z) L. 3. C. de legib. et Constitus.

a) in bish. fori Rom L. III. c. 2.

b) inuenio in Ordin. Iud. Aul. et Prov. Mecklenburg. P. II. tit. vn. §. 8. haec: soll in citationibus per publica edita, so wieber die abwesende oder flüchtige angeordnet, etc.

extra Saxoniam; ut in terris Borussicis aliisque, saepius occurrit. In Saxonia vero Electorali rarius hoc nomen constitutio principalis praefert, *bb)* quae potius sub appellatione mandatorum solet promulgari.

*Editum citatorium. Citatio edictalis. Proclama. Crida.*

*Nomina Germanica.*

Habuit autem apud Romanos vocabulum edicti hanc quoque significationem, ut intelligeretur conuocatio a magistratu facta vel citatio quedam. Nam absentem iurem, alimenta pupillo desiderante, edito proposito vocare praeor poterat hoc effectu, ut tutor remoueretur. *a)* Aliquando magistratus edito suo senatores convocabant extra Romam absentes, *b)* qui alias voce praeconis etiam citabantur. *c)* Attamen praesentes etiam edito magistratus, tribunorum ipsorum plebis, vocatos fuisse, ex Livio *d)* Cicerone *e)* Tacito *f)* probatur. Populus, ut ad comitia conueniret, editio iubebatur. *g)* Verum priuatus quoque in quacunque contiouersia, vel accusatione, si reus isque absens esset, editio solebat citari, et ter quidem plerumque. Hoc discimus ex fragmento Pauli: *h)* triuis litteris vel editiis, aut uno pro omnibus dato, aut triua de iunctiuatione conuentus, nisi ad iudicem, a quo sibi denunciatum est, aut cuius litteris vel editiis conuentus est, venerit, quasi in contumaciam dicta sententia auctoritatem rerum iudicatarum obtinet. Ad quem locum Cuiacius:

B 3

edita

*bb)* Exempla sunt *Editi* wegen der Herausfertigungen zu Ausfahrung hiesiger Lande d. a. 1763. Ausführliches Münz-Edit. d. eod. av. et paeca alia.

*a)* L. vbi. D. vbi. pupill. educari.

*b)* Liuius L. XCII. c. II. Hoffmann in his*t. iur.* L. I. c. I. period. 4. §. 13. nor d. Niepoort explic. rit. Rom. Sect. I. cap. 2 §. 5.

*c)* Livius in his*t. L. III. cap. 38.*

*d)* in his*t. L. XXIII. c. 32.*

*e)* in famil. epist. 6. L. XI.

*f)* in Annal. L. I. c. 7.

*g)* Livius L. XXVII. cap. 6. Gelius in noct. Att. L. XIII. cap. 14.

*h)* Receptar. Sentent. L. V. tit. 5. §. 7.

edicta publico loco affigantur, unde recte legi possunt; Litterae ad rerum iniuriantur, denunciations sunt per officia et executores. Discimus idem ex quamplurimis legibus libris Iustiniani inseritis. i) Ex his edictis utrum tertium peregrinorum fuerit, an quarium aliquod his addendum, latius disquisiuit Schultingius. k) Libellos eiusmodi affixos esse ad absentes, sub quo intelligitur, quicunque latitabat, vel sui copiam in publico non faciebat, domum, Broidaeus<sup>l)</sup> voluit ex legibus m) comprobare. Ex his igitur, quae enarrauit, satis effici existimo, edicti verbum etiam citationem cum vnius tum plurium significare personarum. Et haec fere est illa citatio, quam edicitali appellare plerumque solemus, vel etiam n) citationem per edictum. Eam commode ita describas, quod sit citatio scripta publice proposita. o) Nihil iam attinet dicere, quid sit citatio, quid citatio publica. p) Fit autem haec publica vel per signa, veluti campanam, vel per vociferantem praeconem, vel per litteras apertas, et in loco publico affixas sive edicta. q) Duobus prioribus generibus priscis temporibus solis vfos fuisse Germanos, concedet facile, quisquis mores maiorum nostrorum paulo attentius fuerit

contem-

i) L. 2. L. 8. L. 9. C. quomodo et quando index. L. 5. D. de poenis. L. 53. §. 1. D. de re iudic. L. 68. 69. 70. L. 72. L. 73. D. de iudicis. L. 26. §. 9. D. de fideic. libert. etc.

k) ad loc. cit. Pauli.

l) ad Pollesi hist. fori Rom. L. V. cap. 3. not. 3.

m) L. 4. §. 2. D. de danno inf. iunct. l. vlt. §. 2. D. quod vi aut clam.

n) Ludovici in doctr. pandect. L. II. tit. 4. Brunnemann de proc. civ. tract. cap. III. IV. 16. et alii multi ab hoc laudati.

o) Longam descriptionem habe in Terminei proc. iur. cap. 12. longio-

rem apud Schultze in *disput. de cit. edicitali Cap. I. §. 22.*

p) vid. Mencke in tract. proc. tit. IV. sh. 1. et alios, qui eam defribunt. Bergerus autem in *Oeconom. Iur. L. IV. tit. 14. sh. 1.* publicam appellat quamcumque, quae fit auctoritate iudicis; eamque, quae publica a caeteris nominari solet; generali nominat Stryck in *in iur. ad prax. for. cap. IV. §. 30.*

q) de his tribus classibus publicae citationis vid. Mencken *not. p. cit. loc. Kästner in delin. proc. cap. IV. §. 3. Kraule in proc. iudic. L. I. C. I. Secl. 2. §. 5. Reyger in proc. disp. II. sh. 9. not. c.*

contemplatus. r) Sed de his quidem nunc non agitur. Edicta autem, quae per ius Romanum et Canonicum introducta fuerunt, postquam Germani acta in iudicis scripturae cooperunt mendare, et de quibus iam sermo est, ut a reliquis scriptis, quae hoc nomine insigniuntur, discernas; apprime recte cum Gailio appellate possumus edicta citatoria. s) A multis Doctoribus t) et in nonnullarum prouinciarum vrbiuumque legibus et statutis u) nominantur proclamata. Vox incognita plane his, qui olim latine locuti sunt, ut scilicet restitus et magis analogice quidam pro ea hac proclamations, auctoritate Digestorum x) vntantur, y) (melius tamen et quidem ex L. 6. C. de remiss. pign. dicas programmata) ob vocis item incertitudinem ne quidem satis constet, quomodo electi debeat, ex quo enenit, ut, cum fere omnes eam ad tertiam referendam esse declinationem putaverint, ut eandem etiam legislatores et iudices in iis locis, in quibus hoc verbo ob curiae stylum vntuntur, z) declinare solent, Schultzio a) tamen atque Bergero, b) cum aliis forte placuerit

r) vid. ad haec, quae in spec. Sax. L. I. arr. 62. et libro Richtsgeig Land-recrb cap. 33. leguntur.

s) Gail. in obsrv. L. I. obs. 57. no. 10.

t) Carpzov. in respons. L. II. resp. 25. n. 7. ita habet: per publicum proclama feni citationem, ut vocare solet, edictalem requirendum vagabundum. (magis igitur vox proclama placuit Carpzovio) Terminei proc. loc. laud. in additione Schultzii, qui haec scribit: est autem bac vñstica forma. (Scilicet citationis per edictum) ei vulgo dicitur proclama.

u) Churf. Braunschw. Lüneburg. Ober-Apellation-Gerichtsordn. Celle 1713. II Th. tit. III. §. 15. Herzogl. Mecklenburg. Hof- und Landger. Ordin. d. a. 1622. P. II. tit. 45. §. 3.

Project des Cod. Frideric. P. IV. tit. IX. in der Beyl. sub A. sive formula edictalis citationis, verbis: kraft die- ses Proclamatis, wovon eines hier er- angefeschlagen. Stadt Hamburg Se- curitas und Gerichts-Ordn. d. a. 1603.

v) Th. tit. XIV. in rubrica: von dem Proclamate oder öffentlichen Citation. x) L. 25. §. 1. L. 34. D. de liber- causa.

y) Damhouder in praxi rer. ciuit. cap. 59. n. 7. Mencken in proc. loc. laud.

z) vid. Stat. Hamburg. ante Ian- data. Vide quoque exemplum infra §. IV. propulsatum.

a) Disput. de edictalitate cap. 1. §. 8.

b) Is in Oec. Iur. Lib. I. tit. 1. th. 24. ita scribit: Edicta vel program- mata, Patentia, Anschläge, sunt, vel procla-

placuerit declinatio prima. Est autem vox proclama Italicum vocabulum, qua lingua denotat admonitionem publice viua voce (clarore) factam. In Germania introduxum in negotiis forensibus eique notio editalis citationis attributa videtur occasione eius, quod est dispositum in Ordinatione Cameræ Imperii, in qua de comparente in iudicio, altera parte contumace, scribitur: derauf ein Russen begeht, c) item: das Russen auf des Klägers Begehrten erkant. d) Saltim hac legel Imperiali antiquissimus ritus vocationis publice rei contumacis, quae hoc nomine: das Russen, cognita erat, confirmatus est. Nam in antiquioribus etiam Imperii legibus et iudiciorum imperialium actis huius moris fit mentio. e) Neque tamen in solis totius Imperii, sed etiam in variarum prouinciarum iudiciis f) mores vocationem eiusmodi probarunt. Hanc vocem das Russen antiquiores iam iuris cameralis interpretes, velut Myntzinger, g) ipse olim regnante Imperatore Carolo V. Tribunalis Illustrissimi Assessor, et alii vertunt per vocabulum proclama. At enim vero, ut ipsa vocis, a verbo clamare ducentiae, indigitat deriuatio, eam ad scripta, que affigi possint, non pertinere: ita haec antiquitus recepta et ex lege Imperiali permissa proclamatio non in scriptis fieri debet, sed nuncupativa ex ipsius legis mente est citatio, fere ut ex consuetudine Romanorum iudiciorum h) per vocem exequentia.

proclamae, (proclamata) v) Maximiliani et Rudolphi II. de monetis. Mo-  
neō tamēn, vtrumque et Bergerum et  
Schultzum, non agere de citationibus  
in locis allegatis, sed de principum  
edictis.

c) Ord. Cam. Imp. d. a. 1555. P. III.  
tit. 42.

d) ibid. tit. 43. et alibi, quod re-

petitur in Rec. Imp. notiss. §. 36.

e) vid. de Crâmer lstat. proc. Imp.  
Secti VI. tit. 2. §. 2009. in not. conf.  
etiam Blum de iudic. cur. Imper. Ger-  
man. cap. V. §. 51. not. a.

f) e. g. Herz Augusti zu Braunschweig und Lüneb. Hofgerichtsordn. Wolfenbüttel 1663. tit. 54. f. Wenn nun. Churfürstl. Magdeburgische Hofgerichts-Ordn. d. a. 1746. tit. 32.

g) in obs. 65. Cent. IV.

h) Apud Romanos anticos enim per praecomen litigans, forte, vt  
videtur, suo nomine, vocabatur pu-  
blice. l. 7. D. de in int. res. tit. vt  
adiret ad tribunal, non tamēn, vt  
probabile est, tanquam contumax.  
Rescriperat enim Antonius secun-  
dum hanc legem, per sententiam  
victum

da i) praeconis; k) Ex quo consequitur, ut eodem modo, quo edictum, minus congrue scripta significetur, nulli haec obtineat consuetudo, quae verbis suam tribuit potestatem. Hinc video, aliquos Scriptores etiam citationem edicalem et proclamatoriam deslinguere, quibus illa per scripturam, haec voce praeconis sit. u) Praeterea illa proclamata ex legis Imperialis sententia sequuntur citationem antea reo missam m) eique traditam vel etiam iplius domui, quin portae verbis n) affixam. Nunc autem proclama etiam ea admonitio et vocatio nominatur, quam nulla praecessit citatio. Vero autem similimum est, significationem nouam verbo proclama ex eo fuisse attributam, quod praeco id publice propoens de scriptio recitarer, o) non formulam memoriter ediscitam exclamaret, et quod eiusdem, quod praeconi publice preelegendum traditum erat a iudice, vel ante preelectionem vel post eam exemplar publice affigeretur, unde

factum,

vidum non audiuisse vocem praeconis, unde sequitur, potuisse eum circa eum locum ea mente fuisse, ut item conteftaretur, et vocem expetasse praeconis.

i) olim ex feneftra in forum de Cramer. *jsf. proc. Imp. §. 2009. in not.* postea in audiencia, id §. 1262.

k) pedelli scilicet Tafingeri *infit. iurisprud. Camer. §. 820.* adden Mencken et Krause *loc. supra not. p. et g. cit.* Fortassis antiquioribus temporibus ipse ille litigans, qui comparuerat, proclamabat. *Ord. Cam. d. a. 1495. §. 18. verba: auf des Antworters Ruffen, sunt: nec quicquam de petitione scriptum proclamatatis.*

l) vid. Schultze de *cir. edicale disp. cap. I. §. 13.* Veteres etiam Glossatores perpetuo ita diffinxille videntur edictum a proclamate, quorum loca longo ordine exscripta videas in

Bertachini *reperrorio sub voc. citatio et proclama*, ut itaque hi suo tempore veram vocis proclama notionem retinuerint, sic definitionem proclamatis, prorsus cum hac distinctione conuenientem iuuenies apud Maranta in *Spec. aur. P. VI. tit. de citat. n. 97.* adde Gothofr. ad Nov. 112. cap. 3.

m) *Ord. Jud. Camer. Imp. l. c. verbis: der Körner der Citation ausbracht.*

n) Gail. *L. I. obs. 24. n. 7. et obs. 55. n. I.*

o) hoc confirmat, ut existimo, id, quod etiam proclama nominarent, si nuntius iudicij citationem, ad priuatas alias referendam, citato preelegaret. Ita Maranta in *Spec. aur. P. VI. tit. de citatione n. 94.* potest etiam scribit, *citari uniuersitas per proclama factum in locis publicis citiratis, legendo citationem publice.*

C

factum, ut id, quod citandi causa assigeretur, proclama diceretur, etiam si praeceps id non simul praelegisset. Idem, quod de proclamate exposui, repetendum est de voce Crida, quae etiam aliquando significat edictum citatorum. Testem eius rei habeo Gailum: credores defuncti, scribentes, posse citari per edictum et publica proclamata, vulgo cridas appellant, ut compareant etc. p) Hoc verbum, ex quo aliqui processus concursus creditorum processus cridae vocatur, q) vel crida Handlung, r) originem Italicae linguae etiam debet, qua gridare vel crida significat, publico clamore notum facere, et crida vel crida actionem hanc ipsam, nisi vocem illam Italicam cum Scalligero a latine queritare, vel cum cognato gallico vocabulo, crier, cum Frischio a germanico frähen vel etiam plebeio vocabulo frischen, freyischen, deriuare malis. Explicat hanc vocem cridae du Fresne: s) bannum proclamatio quae per praeconem sit, quam interpretationem Ludovici quoque ex eo fere reperit. t) Planum ex his sit, hanc quoque vocem cridae, quod ad primam suam significationem, non respondere scriptae citationi. Qui edictum citatorum vocabulis exprimere Germanicis voluerunt, appellarunt id Anschlags-Brief, offener Anschlags-Brief, u) offen angeschlagen Edict, x) öffentlich Edict, y) und Anschlags-Brief, z) öffentlicher Anschlag a) öffentliche Citation, b) quae tamen nomina non videntur in omnibus conuenire cum re,

quam

p) Gail. in olf. L. I. olf. 57. n. 7.  
Eam appellationem confirmat etiam  
Ludovici in der Einl. zum Conc. Prot.  
X. Capit. §. 3.

q) Ludovici L. c. et auctores ab eo  
laudati.

r) Suttinger Gerichtsger. bey dem  
Landmarsch. Gericht in Oesterr. unter  
der Emß olf. VIII. n. 4.

s) in Gloffar. msd. et inf. latin. sub  
hac voce.

t) loc. laud. Cridae sind nichts an-  
ders, als öffentliche proclamata oder  
praeconizationes, wenn ein Ding cf-

fentlich ausgerufen oder angekla-  
gen wird.

u) Speidel. in spec. sch. hac voce,  
quem sequitur Barckhausen in disp.  
de citaz. edictali. §. 3.

x) Termineus L. c.

y) Braunschw. Linneb. Ober-Appel-  
lat. Ger. Ordin. P. II. tit. 3. §. 15.

z) von Rothschütz Proc. Iur. 1stter  
Artic.

a) Schultze disp. de cir. edict. Cap I.  
§. 22.

b) Hamburg. Statuta P. I. tit. 14.  
art. 1.

quam significare debebant, siquidem sub editis publicis etiam principum constitutiones intelligi possunt, et multa affiguntur, quae non sunt citationes edictales, sed tantum propterea in publico propontuntur loco, ut omnibus nota sint. Imo priuata etiam citatio in subsidium affigitur non nostro solum iure Saxonico, c) sed iure etiam communni, d) et legibus Imperii, e) Plerique vero recentiores in primis cum legislatores, f) tum indices, tum quoque scriptores g) verba latina secundum germanicae linguae indolem flexa retinent, hoc scilicet modo: Edictal-Citation. Singulare prorsus nomen Germanicum est: Bedeutung ex stylo Curia Provincialis Rothweilensis in certis causis vsu receptum, h) Hoc nomen, si recte iudico, ex eo deriuandum est, quod ibi signum per campanam antiquitus sit datum, cum quis publice citaretur.

### S. III.

#### Causa citationis edictalis generalis.

Citari a iudice, plerumque ingratum est, quin imo, si quis nomine suo publice citetur, pro iniuria haberi potest, ut recte obseruat Ludovici, a) Hinc bene scribunt Doctores, b) citationem

C 2  
edi-

c) Ord. Proc. Sax. Recogn. tit. IV. §. 2.

d) Gail. L. I. obs. 55. n. 1. Ludovici Cml. zum Civ. Proc. Cap. X. §. 4.  
e) Ord. Cam. d. a. 1555. P. I. tit. 38. §. 16. (Concept. tit. 51. §. 17.)

f) vt in Saxonia Ord. Proc. Sax. Rec. tit. XCII. §. 2. Mandat die Edictal-Citation in Civil-Sachsen außerhalb des Concursus Creditorum betreffend. d. d. 13. Nov. 1779. ita etiam in Ord. Proc. Altenburg. Rec. P. I. cap. 37. §. 5. et alibi.

g) Ludovici d. l. §. 3. Maevius ad ius Lubec. L. III. tit. I. art. 7. n. 16.

b) Ordn. des Kessels. Hofger. zu Rothweil d. a. 1572. P. II. tit. X. vbi haec legis: daß er eine Bedeutung, das ist citationem per editum oder publicum proclama — — zu erkennen bittet.

a) Einleitung zum Civil = Proc. Cap. X. §. 3.

b) Barckhausen in disp. de cit. edit. §. 5. qui ita describit citationem edictalem: iussus irregularis argu exorbitans, quo per libellum publice propositorum aliquid significatur. Gail. L. I. obs. 57. in princ. Carpoz. in proc. tit. VII. art. 4. n. 1.

edictalem exorbitantem alienamque a regulis esse juris. Ex eodem id fluit, iudicem pro mero suo arbitrio non posse decerpere, quod vocandus edictaliter citandus sit, siquidem hoc facto citatum gravare, et, ut per iudicem superiorem citatio nulla declaretur, e) efficeret, quin cum ad actionem iniuriarum instituendam incitare posset. d) Quamobrem citatio edictalis non nisi in casu, ut scribunt Doctores, e) necessitatibus, habet locum, scilicet, ut conuenienter addit Carpzovius, f) quando alio modo quis citari non potest, quad runc sit, si iniuriationis deficiat occasio, cuius vicem sustinet editi citatorii affixio. Quamobrem iudex, qui utrum necessitas adsit alienum per edictum citandi, dubitat, monetur a Carpzovio g) et Menckenio h) ut curet, se de eo a Collegio ICtorum informati. Sunt tamen omnino species, in quibus talis cautio plane superflua viderur, si quidem ipsum processus genus patefacit, citatum male id ferre non posse, quod publice vocatus est, ut potius talis citationis sermo sit, respicendum erit ad cuiuscunq; citationis finem. Scilicet is finis et primus, quidem est, ut quilibet resps, is, de cuius causa agitur, ad defendendam suam rem praeparare se possit, sciaturque ubi et quando id facere debeat, deinde, qui ex hoc sequitur, ut, si contumax sit, qui vocatus erat, sententia contra eum ad finiendam controversiam ferri possit. Iam, vietum eum tanquam contumacem, fingere non possimus, nisi citationem acceperit, vel, si nuncupativa est, audiuerit. Quamobrem, si nuncius iudicis negreat vel loqui cum citando, aut cum eo solum, qui ipsi de vocatione facta probabiliter referet, vel scriptam citationem ipsi citando, aut eiusmodi, quas descripsi, personis tradere, in quibus actibus priua-

c) Gail loc. laud. Mencken in proc. tit. IV. ib. 1.

d) Mencken l. c.

e) Gail. loc. laud. et alii.

f) in R. Sp. L. II. resp. 23. n. 12.

g) in Proc. tit. VII. arr. 4. n. 7.

b) loc. laud. Sunt et leges, qui tales informationem praecipiunt, veluti Magdeb. Proc. Ordin. d. a. 1696. cap. 49. §. 2. apud Schultzen in dif. cit. C. III. §. 6.

priuatae citationis; vt dicimus, insinuatio consistit, necessitas adest, vt vocandus citetur publice. Passim speciales casus enarrantur a Doctoribus, in quibus editalis citatio locum habere debeat, vt a Gailio, i) Maranta, k) Carpzovio, l) Hiltropio, m) Schulzenio, n) Bärckhausenio, o) Bästnellero, p) et aliis antiquioribus ab his nominatis. Hos causus sub generali voluit comprehendere regula Maranta, vt nimirum locum habeat edictum citatorum in omnibus casibus, in quibus lex permittit fieri citationem per proclama argumentum ducens a fortiori, vt nominatur, quia vox, scribens, praecoris paucis imotescit, sed per edictum res efficitur magis notoria. q) Alii tamen negotia, in quibus proclama, ab his, in quibus citatori edictum locum inveneriat, sollicite discernunt, r) quos recte fecisse existimo, quomodo, in multis rebus virique et edicto et citationi per vocem praeconis locum dari posse, libenter concedam. Ita etiam factum est, vt videantur plerique de his negotiis, in quibus editalis admittatur citatio, ita exponere, vt magis agant de causa, in quibus publica locum sibi vindicat citatio, adeoque confundant varias eius species, quas §. II. enarravit. Potuit tamen eiusmodi specierum permisitio facile fieri partim ob usus fori inconstantiam, partim quod viderent iurium particularium varieratem. Vix enim dubito, quin, quae alibi fuerint nota per vocem praeconis, imo per signum, alibi in publicum manifestarentur per edictum, quin forsitan alicubi, vt in eadem causa duas vel ipsae tres species publicae citationis simul expediantur, moribus introductum sit. Hae variae

specierum citationis a mea aliud Cognitio in eiuslibi non autem inveniatur, ut aliud, etiammo tempore illius ergo similibus i) in obs. L. I. obs. 57.  
k) in speculo aureo, quod nomen o) in laud. disp. per rotum cap. III.  
libro ipse dedit, vel tract. de ord. iudic. vt eum editores recentiores appellaverunt, P. VI. rit. de citar. n. 82 sqv.

l) in Resp. L. III. resp. 23. n. 14.  
sqv. et in Proc. Iur. rit. VII. art. 4.  
n. 11. sqv. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.  
m) in prov. iudic. PII. rit. I. rubr.  
de spec. citaz. n. 12. sqv. 1. 2. 3. 4.

p) siue potius Kaelzelij. disp. de cit. edict. §. 5. vsque 14.

q) Maranta loc. laud. no. 95. quae repetit ex Nov. 112. cap. 31 sv.

r) Hiltrop. loc. cit. no. 16. sqv. se parati enarrat casus, qui proclamari occasionem dant.

autem causae editalis citationis, si regulam sequimur, fere, ut ceterarum quoque publicarum citationum, his duobus nituntur generalioribus: primo quod nesciamus nomina eorum, qui citandi sunt; deinde, quod, nomine citandi quidem cognito, nesciamus tamen, ubi is commoretur. In illo casu plures plerumque vocantur, in hoc rarius, plures citandi, occasio est. Ita quoque plerumque, si nomine suo incogniti vocantur, hi actorum vicem sustinent, et ab eo, qui reum se sistit, a agendum prouocantur. E contrario, ubi quis ob domicilii incertitudinem citatus editaliter, plerumque is in lite peragenda reus est. Fit tamen etiam, ut aliquando ille per edictum citetur, cuius et nomen scimus, ed domicilium. Itaque puto non esse abs re alienum, si editalem citationem diuidamus in ordinariam, si una ex illis causis duabus ordinariis, quas supra explicoui, necessariam faciant editalem citationem, veluti sit in processu concursus creditorum, desertionis bannitorio, conuocandis heredibus incertis, et aliis eiusmodi, in quibus, cum ab editali citatione lis incipere debeat, dummodo constet de ipsius processus necessitate, non opus est, ut anxie, utrum citatio editalis locum habeat, disquiramus: et extraordinaria, quando deficiuntibus illis duabus causis extraordinaria aliqua admitti debet per edictum vaccinatione, in qua posteriori specie omnino circumspectione summa opus est, ne iudex editaliter citans vocato opprobrium arcessat, <sup>1)</sup> sibique ipsi aliquod contrahat malum. Hinc etiam in ordinaria editali citatione, satis descripta ipsa lite, minime necessarium est, ut addatur, cur editalis fiat citatio, causa, cum e contrario in extraordinaria opus esse videatur omnino, ut causa, ob quam citandus vocatur editaliter, adiciatur. Sed hoc praeterea moneo, in nonnullis provinciis, veluti in Saxonia, quod ad processum concursus creditorum pertinet, <sup>2)</sup> legibus ita cautum esse, ut plures generali quadam

<sup>1)</sup> Vnde viderunt alicubi constituta sunt, ut qui posse citationem editalem, de calunnia prius iurare debeat, se reuminuere non posse, re-

Iusti per Reform. Norinbergens. d. a. 1564. Ir. Ch. 1st Tit. Ati Gesetz, §. Würde dann.

<sup>2)</sup> Ord. Proc. Sax. Rec. tit. XL. §. 2.

dam citatione vocandi, etiam si nomine et domicilio ceri sint, editaliter citari debeant. Haec species aliquatenus ordinariae editalis citationis classis peculiaris est. Rationem autem ea hanc haber, quod expensae hoc modo minui possint, t) quae maiores essent, si isti homines satis illi quidem cogniti, priuata vocarentur citatione. Quod ubi constitutum est, hi nomine suo cogniti non debent tam necessario ita citari, ut nomina in edito ipso inscribantur, sed sufficit vocari eos generali quadam personarum descriptione, veluti illorum, quorum interest, notorum creditorum, et sic porro.

## S. IV.

*Causarum specialium editalis citationis classis prima.*

Iam secundum hunc ordinem de specialibus causis citationis editalis agendum est. Ac prima quidem classis ea est, si citantur hi, quorum nomina sunt incognita. Huc pertinet 1) convocatione creditorum. In hac specie A.) is processus preeprimis considerandus est qui nomine suo proprio concursus creditorum indigitatur. Seilicet si obacteratus debitor moriatur, ut, qui eius heredes essent, haereditatem omittant, vel si ipse viuus bonis cedat, vel etiam, si cum nonnulli iam creditores agerent, alii, qui priores in solutionis ordine esse cupiunt, interuenientibus, bona debitori communis auferantur. In qua causa vniuersale aliquod est iudicium, quo ad cuiuscunque generis actiones exponendas creditores vocantur. Notos hic alicubi citari simul cum ignotis, supra §. III. iam enarratum est. Ita vero fieri nequit, ut soli cogniti creditores citentur editaliter. Hoc tamen accidere potest, ut creditores a duobus vel pluribus iudicibus editaliter citentur, scilicet, si bona debitoris communis in diuersis territoriis reperiuntur, ex quibus iudices

§. 2. Hoc tamen ad Lusatiam non  
pertinet superiorem Mandat gegen  
die Banquier ouers in Marzgr. Ober-  
lausig d. a. 1783. §. 17.

n) ea ratio expresse in laud. Ord.  
B. Sax. addita est.

iudices bona sub sua sita iuris dictione sibi iniicem remittere nolunt. Quamvis autem hoc ita se habeat, tamen a quolibet iudice omnes debitoris communis creditores, cuiuscunque cives sint territorii, vocantur edictatiter, hoc solo excepto, ut, pro legibus territorii, non possit quilibet iudex notos creditores simul per suum citare edictum. Verum de processu concursus creditorum multa hic expendere, animus non est. Vnum adiiciam id, posse, si orto concursu debitor communis cum his creditoribus, qui iam sua nomina sunt professi, transegerit, reliquos vel vere ignotos vel protalibus quoad hanc causam habendos, in securitatem transigentium, ut, quod postulent, indicent, per edictum citari: a) idemque obseruari, siante, quam oriatur concursus, is communis debitor cum suis creditoribus transigat. b) Non tamen hoc solo casu creditores conuocantur, sed alias quoque, cum dubitemus, vitrum forte multa debita antecessoris nostri spem nostram aut dominii commodum disturbare possint. Itaque B.) si heres cum beneficio inuentarii adit hereditatem, curet, ut conuocentur creditores defuncti, c) quo erui status, ut dicitur, passiuus, siue quantum id sit, quod defunctus aliis debebat, eoque ad certam summam redacto heres, vitrum retinere velut hereditarem, d) an eam relinquare creditoribus defuncti, possit declarare. Duplex vero hic distingenda est creditorum conuocatio. Una scilicet, quae dubia est, quemadmodum postea planum fieri, ut intersint inuentario conficiendo, quae, vii manifestum est, confessionem inuentarii antecedere debebat; altera, quae eam sequi etiam potest, ut credita sua profiteantur, non si rem recte consideramus, ut ea probent, siquidem de solutione nondum agitur,

a) ut in Saxonia per *Mand. Elect. von Edict. Citar. d. a. 1779.* §. 1. n. 7. et aliquatenus per *Mand. wider die Banquer. d. a. 1766.* §. 17.

b) in laud. *Mand. de a. 1779.* l. c.

c) Huius speciei expressa mentio

fit in dicto *Mand. Elect. Sax. d. a. 1779.* §. 1. n. 3. a.

d) Posse adiri hereditatem ante, quam inuentarium conficiatur, claris verbis docemur, in l. f. §. 2. C. de iur. delibet, adat hereditatem, vel scilicet immiscatur: omni tamen modo inuentarium ab ipso conficiatur.

tur, sed de heredis deliberatione, num, hereditatem retinere, proficuum sit, postquam, quae sint eius vires, per inuentarium sit determinatum. Et quod ad priorem quidem illam attinet, Iustinianus, auctor beneficii inuentarii, constituerat, e) ut fiat inuentarium sub praesentia tabulariorum, caeterorumque, qui ab huiusmodi confectionem necessarii sunt. Hos necessarios multi accipiunt de omnibus, quorum interest. f) Interesse autem potest legatariorum, fideicommissariorum, creditorum. Horum trium classium homines etiam intelligit et nominat Lauterbachius g) De legatariis et fideicommissariis res certa est, cum hi in recentiore lege Iustiniani, de inuentario concepta, h) expresse nominentur. Sed de his quidem hic non est agendum, in primis, cum legatarii et fideicommissarii in ultima voluntate nominibus suis appellantur, ideoque, cum certi sint, si regulam sequimur, edicitaliter non vocentur. De creditoribus autem, qui, cum nequeat scire, heres, qui et quot sint, citandi essent per edictum, i) omnino dubium est, utrum Iustinianus eos sub necessariis voluerit comprehendere, quod partim ex omissione eorum in lege proxime laudata, quae antiquorem explicare videtur, partim ex eo moueri potest, quod heredi confessio inuentario creditoribus, qui primi solutionem exposcent, debita hereditaria, nullo ordine praerogatiuae obseruato, legata item et fideicomissa, quae tamen aeri alieno hereditario omnino erant postponenda, permititur soluere, et actio contra heredem iis, qui serius veniunt, exhausta hereditate legatis, fideicommissis, debituisse, quae soluit heres, denegetur, k) ita tamen, ut credito suo iure non cadant prorsus, sed id persequiri possint contra legatarios, aut creditores, quibus satisfactum est ab herede, si his se esse preferendos contendant.

e) L. f. §. 2. C. de iure deliber.

f) Böhmer in introd. in ius Digest. L. XXVIII. tit. 8. §. 6.

g) in colleg. Pandect. libro titulo- que sis. §. 13.

h) Nov. I. cap. 2. in medio.

i) pro proclama fec. Maranta loc. saepe cit. n. 98. is autem sub proclamate intelligit praeconis vocem.

k) L. f. C. cit. §. 4. 7.

tendant. *l)* Quamobrem, si iura sua non amittunt, excepta sola contra heredem actione, non etiam eorum praesentia, nec, si hac opus non esse credimus, citatio eorum necessaria est. Hinc saltim ab priorem quam adduxi, causam, negant Doctores passim, ad inuentarium conscientium creditores esse conuocandos. *m)* Aniquiores tamen magis contrarium probant. *n)* Hodie, vii concedunt, *o)* ne quidem legatariorum aut fideicommissariorum citatione opus est, vt praesentes sint inuentario conscientio. Saltim in Saxonia Electoralis his nostris temporibus inauditum pene est, eos, quos nominauit, homines ad eam rem vocari, et inuentarium, modo ob-signatio rite praecesserit, auctoritate sola publica, reliquis solemnibus Iustinianae missis, sustinetur. *p)* Hanc igitur minus vtilem editalem citationem, quam creditores etiam sine ullo damno negligere possunt. *q)* relinquo, et redeo ad eam, de qua vere dicendum erat. Haec, qua creditores defunsti citantur eum in finem, ut sciamus, an hereditas aeri alieno sufficiat, a Barckhausenio *r)* a delibrandi beneficio repetitur. Neque id male factum est, si respiciamus ad causam effectumque huius beneficii. Subobscurum quidem aliquid, quod ad hoc facit negotium, legimus in his, quae ex Vlpiani libris supersunt, vbi scripsit, si dicatur, legi Falcidiae locum esse, arbitrum dari, et ab herede denunciari fideicommissariis, ut veniant ad arbitrium, plerumque et creditoribus, solere. *s)* Sed hanc denunciationem heredis, quae, vt existimo, pro certo ponit

*l)* ibidem §. 5. 6.

*m)* Meneken in Syn. Pandect. L. 28. tit. 8. §. 6. n. 5. et disp. de praesentia creditorum in inuen. non necesse, cui adstipulatur Berger in Oec. Iur. L. II. tit. IV. §. 50. not. 5. n. 6. Barckhausen ciz. disp. §. 21. cum multis aliis ibi laudatis.

*n)* Maranta L. I. Gail L. I. obsf. 57. n. 9. Schultzen disp. laud. Cap. III. §. 3.

*o)* Böhmer L. c. §. 8. Leyfer in medi-

ad Paud. sp. 364. med. 4. Eisenhart Lust. iur. Germ. L. II. tit. 19. §. 4.

*p)* Sane in Ordin. turel. cap. XI. multum de inuentario, nihil autem de conuocatione eorum, quorum interest, legitur.

*q)* Barckhausen loc. nota b. cit.

*r)* in disp. ciz. §. 17. conf. Baftinelli disp. de vir. edit. §. 14.

*s)* L. I. §. 6. D. si cui plus, quam per leg. Falc. lic.

scientiam, qui sint creditores defuncti, admodum differre a citatione editali, nemo non conceder. Quamobrem magis moribus ea videatur introducta, ex consilio quidem Bartoli, quod tanquam cautelam heredi dubitanti commendarunt Doctores.<sup>t)</sup> Caeterum heres, qui cum beneficio inuentarii adiit hereditatem, ut res ipsa demonstrat, petere hanc per edictum citationem potest. Vbi tamen testamenti constitutus est executor, si etiam, ut convocentur creditores editaliter, curam in se potest suscipere, et in nonnullis prouinciis et locis suscipere eam soler. Haec sufficient de istis creditoribus, qui, ius suum quoad totum debitoris patrimonium persequendi, gaudent facultate. Sunt autem alii, qui in hunc modum solutionem poscere nequeunt, creditores, si ita dicere fas est, particulares. Scilicet C.) si magistratus ob debita tributaria sive fiscalia vendat debitoris res, consultum est, ut citeretur editaliter, qui potius ius in has res praetendunt.<sup>u)</sup> Hos enim solos, non omnes omnino debitoris creditores, in hac causa vocandos esse, res ipsa docet, quamuis, si hoc fiat, plerumque via ad concursum, qui proprie dicitur, creditorum aperiatur. Non minus D.) is, qui emit praedium aliquod, potest, si vel euictionem meruat, vel, quod praedium hypothecis, in primis tacitis, quae facilius, quam expressiae, ignorantur, subiciat, petere, ut, qui, tale ius sibi competere, credunt, vocentur omnes, quatenus ignoti sunt, editaliter. Cognitos in hac causa simul vocari, ob naturam negotii inutile est, quamobrem in nonnullis prouinciis, veluti in Ducatu Mecklenburgico, mos, sane non reprehendendus, obtinet, ut in editio adiiciatur, hos, qui iudici iam noti sunt, creditores non debere in termino ad profitendum constituto comparere, et, qui secus faciant, his nullas expensas restitutum iri. Haec cautela emitoris pro sua securitate ab antiquioribus iam inuenta, commendatur

D 2

valde

<sup>t)</sup> vide de hoc Mynslinger in Cent. II. obs. 47. qui addit: *quod ser. va, tanquam memorabile.*

valde a Gallo, x) et cum in aliis prouinciis tum in his nostris, y) diu iam consuetudine introducta, in Lusatia superiori etiam ante ducentos fere annos per legem publicam, z) in certam redacta formam, et singulari effectu praedita est, ut scilicet, editio proposito, clapso quinquennio omnis euictionis praefatio evanescat, cautio ab eam rem facta liberetur et emtor contra quemcunque creditorum, ex facto antecessorum talem, securus fiat, ita tamen, ut restitutionis in integrum beneficium, creditori forte competens, non excludatur. a) Nunc in Saxonia Electorali hoc genus publicae citationis etiam lege expresse permittitur. b) In hac autem id praeципui statuitur, ut actiones, quae creditoribus competent, sint non solum in rem, sed etiam tales, quae alias per subhastationem expirant. Pleramque, postulante emtore, ex sua promissione contractu adiecta, venditor eam editalem poscit a iudice citationem: emtor tamen ipse, quominus possit, vel incio venditore, iudicem de ea proponendi publice implorare, nihil video, quod obstarer. Similis huic speciei alia est, E.) si is, cui res oppignorata est, eos conuocari postular, qui, antiquiori iure pignoris se gaudere, considerint, quod nimurum tum maxime vile est, cum in re oppignorata creditor acquirere velit dominium. c) Ita enim creditorum iura, quae illi executi non sunt, poterunt extingui, d) si ad ea profitenda peremtorie vocati sunt. F.) Proxime cum hoc convenit,

x) L. I. obs. 57. n. 9. quem sequitur Bastineller in disp. de cit. edit. §. 14.

y) Schultzen disp. de cit. edit. Cap. III. §. 4. Berger in Oec. Iur. L. IV. tit. XIV. tb. I. noz. 5.

z) Oberlaus. Ordnu. des indicii ordinarii von Land und Städten, ber Uemter und Hofgerichte, de a. 1611. Part. VI.

a) ibid. in fine, ad quem locum commentatus est Bastinellerus pro-

grammate ao. 1737. Wittebergae publice proposito.

b) Mand. von den Edictal-Citat. d. a. 1779. §. 1. no. 2.

c) Barckhausen in disp. de cit. edit. §. 22. in f.

d) sec. l. 6. C. de remiss. pign. quam legem ad hanc causam trahit Barckhausenius, prouocans simul ad Carpzovium et Brunnemannum, qui tamen de ea re locis ab eo laudatis non agunt. Vide potius de ista lege Leyseri ad Pand. med. spec. 236. med. 1.

si possessor fundi ad eum ab hypothecis liberandum, quamvis nolit eum vendere, petit, hos conuocari, quibus ex tali iure in fundum actio competit. Cum alias causas, tum hanc in primis ea habere potest rogatio, quod dominus velit eum fundum oppignorare, non tamen inuenire possit pignus id appetentem, nisi praevia eiusmodi edictali citatione. Præcipue partim in terris iuris Saxonici, quo si quis velit ius constitui praelationis, non potest praedium oppignorari, nisi Magistratus, cuius iurisdictio est in illum fundum, consentiat, e) partim ratione feudorum, in quorum oppignoratione opus est, consensu domini directi, f) eiusmodi citationes magnam habent vilitatem. Etenim in libris publicis adnotatur, quoties magistratus vel dominus directus in talem causam consentit, nec tamen consentit in quameunque summam, cum fidem publicam sequantur creditoris, que labefactaretur, si fundus vimium hypothecis onereretur, cum periculum sit, eo vendito omnibus sat fieri non posse pignoribus. Itaque apud nos diu iam mos ita tulit, ut liberaturi fundos suos in primis feudorum nobilium possesseores, peterent citationem creditorum, quibus esset ius pignoris, per edictum. g) Non tamen hoc intelligendum est ita, quasi domino liceret, vicunque libuerit, talern creditorum conuocationem postulare. Hi enim, quibus adhuc competere ius reale in fundum negare nequit, minime citandi sunt, qui, ut desistant de lege contractus, quem inierunt cum fundi domino, cogi non debent. Scilicet, cum dominus directus vel magistratus, qui in pignus consenserit, de solutione debiti, propter quod fundus pignori datus est, certior sit ex creditoris confessione, hoc etiam, quippe extinto iure pignoris, in actis publicis annotatur. Accidit autem saepius, ut magistratus dominus sue feudi factam illam comperiat: rei autem immobilis sue feudi domini factam illam esse

## D 3

e) Ill. Schott *instit. iur. Sax.* L. II. Sch. V. §. 4.

g) *Generale Elect. Saxon.* d. d. ii. Mart. 1755. in quo de loco affigendae talis edictalis citationis agitur.

f) id Vir Ill. loc. laud. §. 5. et Ill. Püttmann *ELEM. iur. feud.* §. 486.

esse asserant, et, ut hypotheca in actis publicis deleatur, postulent.  
 Itaque quod dictum est de edictali in hac re petenda citatione,  
 pertinet tantum ad antiquiores hypothecas, tales nimuram, quae  
 probabiliter extintae sunt, si non vera solutione, saltim praescri-  
 ptione, et de quibus, in cuius iam sint bonis, apud acta non con-  
 stat: h) non vero rogationi concedendum est, cum possessoris iuris  
 hypothecae cogniti certique sint, aut prescriptionis tempus nou-  
 sit praeterlapsum, i) aut satis constet de impedita solutione. Simi-  
 liter res se haber in illis regionibus, in quibus consensus magistra-  
 tus quidem in oppignorationem necessarius non est, atamen simile  
 quoddam, veluti annotatio judicialis venit in consuetudinem.  
 Difficultas enim inueniendi, qui mutuum det, esse potest etiam  
 maior, si magistratus nulla ex parte obnoxius est. An autem eodem  
 modo alios creditores, qui non habent ius in re prouocantis immo-  
 bili, liceat conuocari facere sine cessione bonorum, merito dubita-  
 tur, cum, si id statuamus, omne evertendi illud ius daretur facul-  
 tas, quo per tempus multorum annorum creditori agere permis-  
 sum. Est praeterea in actionibus his, tanquam personalibus, alia,  
 atque in realibus ratio: neque etiam in his ius tertii cuiusdam et  
 quaedam obligatio, ut ibi domini directi aut magistratus interue-  
 nit. G.) Fac autem, aliquem asserere, cautiones, imprimis cambia,  
 quasi a se scriptas, circumferri, quas scripsisse negat, an poterint  
 hi, qui contra ipsum actionem ex istis scripturis habere contendunt,  
 eo rogante per edictum conuocari. Negat hoc Wernherus k)  
 fieri posse, ex ea causa, quod, nisi dissimilatio probetur, prouoca-  
 tio ad agendum locum non habeat. Quod quamvis negari nequeat,  
 prior tamen omnino contraria sententia ei videbitur, qui confi-  
 siderat,

b) laud. Generale verbis: Befreyung ihrer Güter von denen noch un-  
 gelöschten hypothearischen Schuldverschreibungen. Sed distinctius res  
 est proposita in Mand, von Ed. Cir.  
 d. a. 1779. §. 1. no. 1.

i) quodnam tempus apud nos pro  
 initio prescriptionis sit habendum  
 in ea causa, accurate definitum est in  
 Mand. d. a. 1779. l. c.

k) in obs. P. III. obs. 177.

derat, ignotos plane ei, qui prouocat, esse debere hos, qui einsmodi falsa cambia vel chirographa possident, cum neget, se ea scripsisse, et eos quidem scire possit atque nominare, quibus dedit cautions, non vero hos, quibus nullas dedit. Ad quod, si cambia respicimus, accedit magnum illud periculum et damnum, quod in se habet actio, quae ex iis institui potest. Hinc merito esflagitanti in hac specie editalem citationem succurendum est. Sane nuperrime programma sequens Iudicij summi Hannoverani legitimus: sicut hincmit zu wissen: demnach von N. angezeigt worden, daß Wechsel auf seinen Namen, in Umlaufe wären, die er, als die seinige, nicht anerkenne, sondern für unwichtig erkläre, selbiger daher, um sich gegen die ungegründete Ansprüche, welche aus obigen Wechselbriefen über kurz oder lang an ihn und sein Vermögen gemacht werden können, in Zeiten desto mehr sicher zu stellen, gebeten, bei der Ungewissheit, wie viel solche Wechsel auf seinen Namen ließen, und wer solche besitze, citationem editalem zu erkennen, diesem Gefüche auch deferiret werden: als werden krafft dieses alle diejenige, welche aus eignen oder auch aus trassirten Wechselbriefen, so N. bis zum 24sten huius ausgestellt haben soll, ist oder künftig Anspruch an denselben machen zu können vermeiden, citaret, den (inseritus erat terminus locusque comparendi) zu erscheinen, die vermeintliche Original-Wechselbriefe zu produciren, und ihre aus solchen praetendirende Forderungen zu profitieren, und zwar unter der ausdrücklichen Verwahrung, daß diejenige Wechsel-Glaubiger, welche ihre praetendirete Wechselsforderungen in termino praefixo wieder N. nicht angeben, und die Wechsel in ihren Originalen nicht produciren werden, mit ihnen aus selbigen habenden Forderungen pracludiret, zum ewigen Stillschweigen verwiesen, und die bisher von N. ausgestellte, es seyn rigur- oder trassirte Wechsel, für krafftlos, null und nichtig erklärt werden sollen. Existimo tamen, in tali causa, ne quis abutatur beneficio iuris ad debita sua certa extingueda, insurandum calumniae antecedere debere decreta iudicis de editali affigenda citatione. Nam id manifestum est, cum omnes, qui possident chirographa a prouocante scripta sive vera ea sint sive falsa, necessario citari debeat, iis etiam

etiam comparendum esse, qui veri prouocantis creditores sunt, nisi velint, si peremptoria sit citatio, ut haec, quam exscripti, ius suum amittere. Hoc quomuis saluum maneat atque incolume, si produxit in termino ad profitendum constituto cautiones debitor pro suis agnoscat, tamen inurbanum est atque molestum, sine vila causa, vel ex ea, quae falsa esse potest, vocari ad exhibendas, quas possidemus iusto titulo, scripturas. Praeterea cum falsum non praesumatur, laedi aliquatenus eorum videtur existimatio, qui instrumenta a prouocante scripia iisque tradita producere possunt. H.) Conuenit cum hoc certo respectu aliud negotium, in quo editalis citatio utilitatem potest praestare. Societate scilicet dissoluta, ex viuis, vel, ut fieri solet, omnium, qui socii erant, voluntate conuocari possunt societatis extinctae creditores, quod imo statuta moresque nonnullorum locorum, veluti, ni fallor a memoria, Hamburgi, omnino postulant, ut nomina societatis profiteantur, in hunc finem, ut diuisio rerum communium omnibus numeris absoluta fieri possit. I.) Est quoque alia species in his rebus, quae ante longum tempus sunt depositae. In his enim concursus quidam creditorum existere potest, si propter verustatem depositi neficiat magistratus, apud quem res deposita est, quis hoc depositum totum vel pro parte sui crediti causa postulare possit. Hoc casu saepiuscule omnes legimus citari, qui putauerint, sibi petitionem aliquam ratione depositi competere, die Ansprüche zu haben vermeynen möchten. K.) Agmen in hoc genere editalium citationum claudat exemplum aliud. Si scilicet quis pro alio, sive instante vel iam moto concursu creditorum, sive etiam extra hunc concursum, soluere promittat, sive pure, sive reseruata potestate, in causas atque vim obligationum inquirendi, poterit postulare, ut creditoris eius, quem liberare vult, editaliter conuocentur. Vidimus saepius, fieri hoc ab obaeratorum vxoribus quae vel ad euitandum, vel ad finiendum statim concursus ad patrimonium mariti processum ita interueniunt, ut pārem illatorum suorum soluendis debitibus addicant maritalibus. Hoc etiam fieri posse ab aliis, quis negabit. Iam totum id exemplum, nuper publice propositum, exscribam.

Fügen

Hingen allen und jeden, welchen daran gelegen, hierdurch zu wissen,  
 welchergestalt N. N. und dessen Ehefrau Uns allerunterthänigst und aller-  
 demüthigst zu erkennen gegeben, daß ihr Sohn N. N. nicht allein vor  
 einigen Jahren zu N. um insbesondere für u. s. w. Rentniffe zu samlen,  
 sich aufzehalten, sondern auch ist auf der Academie zu N. sich befindet,  
 und zu der daselbst studirenden Jugend gehöre. Während seines Auf-  
 fenthalts an beyden Orten waren aber verschiedene Schulden von ihm  
 contrahirt, welche er jedoch, seiner Anzeige nach, genau und bestimt  
 anzugeben, nicht im Stande sey. Ihnen, den Eltern, wäre indessen  
 darum zu thun, von diesem seinen Schulden Zustand genau und zuver-  
 läßig unterrichtet zu werden, indem dieses ihr Verhalten, und ihre fer-  
 nere künftig zu nehmende Maastregeln bestimmen würde; mit aller un-  
 terthänigster Bitte, ihnen nachgesuchtes *Proclama ad profitendum* zu er-  
 theilen. Wenn Wir nun ein solches zu Rechte erkam: Als gebieten  
 und befehlen Wir hierdurch allen und jeden, welche an den Eingangs  
 erwähnten Izo zu N. studirenden N. irgend einige Forderungen oder  
 Ansprüche, sie mögen seyn, von welcher Art sie wollen, zu haben ver-  
 meynen, hierdurch alles Ernstes und bey Strafe der *Præclusion* und des  
 ewigen Stillschweigens, daß sie sohne ihre Forderungen und Ansprüche,  
 die Einheimische blinnen 6, die Auswärtige aber innerhalb 12 Wochen, von  
 dem Tage der Bekanntmachung dieses *Proclams* an gerechnet, bey unserm rei-  
 gehörig angeben, ihre desfalls in Händen habende *Documente* und Brief-  
 schaften in *origine produciren*, beglaubte Abschriften davon *ad protocollum*  
 zurücklassen, auch, in so fern sie in N. nicht angesezen sind, *Procuratores ad Acta* bestellen, mit der ausdrücklichen Verwarnung, daß der  
 oder diejenige, welche in vorermeldeten Fristen ihre Forderungen nicht  
 gehörig profitiren werden, nachgehendes weiter nicht damit gehört, son-  
 dern *præcludiret*, und ihnen ein ewiges Stillschweigen aufzuleget seyn  
 soll, mit dem Anfügen, daß, falls etwa irgend ein *Creditor*, gegen  
 Ausstellung eines *Reuerses* oder irgend einer andern Schrift, an mehr-  
 erwähnten N. oder auch gegen ein bloß mündliches Versprechen dieser  
 oder jener Art, es sey von wen es wolle, sich bewegen lassen sollte, seine  
 Forderung entweder nicht ganz, oder auch gar nicht, bey dem erla-  
 senen *Proclamate* anzugeben, solcher *Reuers* oder andere Schrift oder auch

mündliches Versprechen gänzlich kraftlos, null und nichtig, mithin auch, um der Strafe der Praeclusion und des ewigen Stillschweigens Schranken zu setzen, oder solche aufzuheben, durchaus unwirksam und unfähig seyn, gegen solche Strafe auch zu keiner Zeit irgend ein Rechtsmittel jemahls statt haben sollen. Gegeben x. Quod virum imitandum sit, si videant, quibus carum parentis nomen vel graue munus curatoris bene educateandi iuuenes imponeat necessitatem. Et haec de creditoribus conuocandis sufficiant. Possunt autem etiam citationes edictales locum habere II.) eius inuestigandi causa, cui aliquod ius acquirens, in primis dominii et hereditatis, vel alius successionis, competere potest, item, ut dominium vel aliud ius conseruetur, quod acquisitionis est. Etsi vox creditoris, si latiori eam summa significatione, hos quoque comprehendat, qui rem ipsam a nobis possessam vel acquisitam petunt, quamobrem in concurso creditorum vniuersali vindicantes aequae, atque ii vocati intelliguntur, qui pignoris aut in personam iure gaudent; tamen, qui vindicant, vel sicuti iure vindicationis aliquid petere posse creduntur, a creditoribus, si strictius occipiamus vocabulum, solent separari, cum creditor proprius sit, qui creditit sive fidem alterius fecutus est. Potest autem dare occasionem edictalis citationis in hac causa dominii quaecunque res, mobilis et immobilis, allodialis et feudalis. Potest agi in ea causa cum de viui adhuc domini iure, cum de successione, eaque tam vniuersali, quam particulari, ut illud inuestigetur, hoc in certum tutumque collocetur. Praeterea in hac causa magistratus nonnunquam a nemine rogatus incertos homines, qui ius sibi esse in rem crediderint, debebit vocare. Accedamus igitur ad singula. Ac primo quidem res aliqua poterit pro re nullius haberi, veluti res amissa, quam credere possumus esse a domino derelictam et hereditatis jacens, quae potest non adiri. Itaque A) re amissa, quorsum etiam animalia mansuera circumerrantia referas, id etiam, quod incognitus homo alicubi positum reliquit, inuenta; quae iure Saxonico magistratui proclamationis publicae causa, I) iure etiam Romano publice per libellum indicari deberet,

I) *Ius prov. Sax. L. II. art. 29. 37. III. Schott inst. iur. Sax. Elect. L. II. Sect. II. f. 15.*

debet, *mihi* saltim per vocem praeconis, multo autem melius, praesertim, si res amissa alicuius sit pretii, quod sperare sinit, fore, ut dominus expensas labenter ferat, per edictum, vocandus est dominus ad rem suam vindicandam. Deinde *B.*) mortuo aliquo, cuius heredes sunt ignoti, cum nulli tales in eo loco ubi mortuus est, vel in vicinia, vel etiam inter seadas, quas reliquit, nullae, ex quibus cognosci possit, quem heredem bonorum reliquerit, inueniantur, ut etiam, an supersint heredes, possit dubitari, *n)* edictali citationi locus dandus est, quod ex ipso iure Romano aliquatenus de monstrari potest. *o)* Is, siue testamentum condiderit, siue ab intestato sit mortuus, perinde erit. Potest in hac causa varia edictalis citationis esse causa. Etenim, testamento condito, omnes, quorum interest, ad aperturam vocari possunt, ut etiam quotidie iudicia hoc occupare videamus negorium, quamvis id tunc non soleat fieri, et ob expensarum multitudinem male fiat, si heredes ab intestato cogniti sint, in quorum praesentia ultima voluntas possit aperiri. Verum tamen, aperto etiam testamento, per edictum locum sibi vindicat citatio, si heredes scripti incerti sint ratione nominis sui et domicilii, quamvis accurate, siquidem alias nulla esset institutio arque invalida, descripti, veluti si quis heredes scripsisset auunculos suos, non additis nominibus, magistratus autem, quinam illi sint, comperium non habeat. Idem dicendum est, si hoc modo legatum relictum sit in testamento, vel fideicommissum particolare. Multo autem magis et saepius hoc accidit, ut heredes ab intestato nesciantur, quo casu edictaliter citari hos ab intestato heredes, item simul eos, qui ex alio iure succedere in vniuersitatem bonorum volunt, potest enim defunctus in alio loco, quam eo, ubi mortuus est, condidisse testamentum, et aequitas poscit et in multis prouincialis lex. Verum tunc quoque edictali opus est citatione, si unus quidem vel alter cognitus sit, ab intestato heres, qui hereditatem

E 2 etiam

*m)* Lauterbach Coll. Pand. L. XLII. *n)* Berger in *Occ. Iur. L. III. tit. IV.* *r. I. §. 48.*

*o)* L. vlt. C. de bon. vocant. 10. m

etiam adire se velle declarat, sed dubitetur, utrum plures existant, vel etiam gradu proximiiores, si cogniti isti remoti aliquatenus sunt a de mortuo, veluti sobrini, patruelis. Omnia illa etiam quoad mortuum ex presumtione, scilicet, qui pro mortuo ob abseniam declaratur; intelligas. p) Sed sunt etiam aliae causae successionis ex ultima voluntate. Ita C.) si fideicommissum relictum sit, et fideicommissario ante, quam ipsi fideicommissum sit restitutum mortuo, q) nesciamus, quos reliquerit heredes, vel an ii, qui appetunt fideicommissum, sint proximi, necessaria erit citatio editalis, inter alios ad eum quoque effectum, ut, an forte extinctum sit fideicommissum, certiores sumus. In primis, si sit familiae fideicommissum, facile potest fieri, ut mortuo, qui eius fructus perceperat, incognitum sit, quis in eo pro lege publica vel modo adiecit fideicommissum, proxime nunc succedere debeat. Neque haec de universaliter tantum, sed aliquando de particulari etiam fideicommisso iure erunt dicenda. r) Imo poterit in magna successoris incertitudine ille ipse, qui fideicommissum possessor est, petere a iudice, ut, ipso adhuc viuo, editaliter conuocet, quicumque ad succedendum se apertos purauerint, s) praesertim si velite sibi vindicare liberam de re fideicommissu subiecta disponendi facultatem, sed ex hac etiam causa, ut impedit, illum ei succedere, ad quem hoc ius non pertinet. Praeterea eadem applicanda erunt ad ea familiae fideicommissa, quae, ut sit iure Germanico, ex pacto veniunt. Cum his coniungo statim D.) beneficia aut alia mentia, quae dicimus stipendia, et E.) sepulera si familiaria sint.

p) quid in Saxonia Electorali circa 1779. §. 1. no. 3. 6. In specie autem materialia de citatione heredum eius, qui pro mortuo declarandus est, pro more suo, id est summa cum eruditione, nouissime pertrauantur Ill. Schott in *Diff. de citatione edit. in hereditatis absenzia ob mortem praesumam peritioe* hoc ipso anno 1791. September die 27. Lipsiae defensa.

q) conf. l. 46. D. ad SCr. Trebell.

r) de citatione editali in causa fideicommissorum, quod ad Saxoniae Electoratum, agit Mand. land. d. a. 1779. §. 1. no. 4.

s) Wernh. in obs. P. III. obs. 192.

illa enim, immo haec etiam, iure quodam suo non inepite familiae fideicommissis annumerantur, quippe quae extra familiam, nisi illa extinta, vel si leges ultimae voluntatis aut conventionis id permittant, non transferuntur. Non autem sit rare, ut conuocentur, qui ex agnationis, aut, si res ita ferat, cognationis quoque iure, vel perecipere coniunctum familias stipendium, vel ius in familiare sepulcrum persequi voluerint, idque modo, quod nemo omnino adsit, qui sibi familiae iura afferat, modo ex hac ratione, quod dubitetur de proximiori, qui potius ius habere possit, quem aut magistratus ex officio suo querit, aut pro suo iure veniens excludere cupit. Beneficia, stipendia dicta, sive illa studiorum, sive, quod nonnunquam sit, dotis, sive, quod rarissimum est, opificii edisendi, sive tandem generatim alimentorum causa dentur, cum a quopiam conferantur ex fundatoris voluntate, hoc ipsum nouam editali citationi praebet occasionem. F.) Etenim, deficiente collatore, mortuo forsitan aut furioso facto vel alias inhabili, si de eo, qui in hoc ius succedere debeat, nihil habeat comperti magistratus, cui harum rerum cura est, necessario vocandi erunt omnes, qui sibi id ius tribuendum esse existimant, quod aliquando ita factum esse, recordor. Id omne quidem ad alia etiam iura recte accommodari reor, quae, quamvis id rarius occurrat, sine hereditate aut cessione in aliud transferuntur, si is, qui ius tale exercuerat, mortuus sit aut viuus etiam amiserit exercendi potestatem, successore incognito. Finge enim, ius patronatus sine praedio, cui inhaereat, esse penes aliquam familiam, eoque ad quem hoc ius pertinuisse scimus, mortuo, nihil certi haberi, quis ex familia admodum aucta aequiter dispersa in illud ius secundum pacta familie aliascum hoc iure cohaerentes leges succedere debeat, non, nisi per editalem citationem, is successor inueniri poterit. Etiam hoc G.) in feudo contingere potest, agnatos successores, mortuo vasallo incognitos esse, quinam sint, et ubi sint, ut hos quoque nonnunquam a curia feudali editaliter citatos legamus ad inuestituram accipiendam, quod tamen, sic ex simultanea succedendum est inuestitura, rarius acciderit. Quae res hic proxime propositae cum pertineant ad successionem in

re singulari, H.) aliam eius generis adiungo, quae ad res hereditarias referenda est. Si nimur sit aliqua res deposita, deponens autem mortuus, et depositionis causa cessa<sup>t</sup>, ut propriea res redenda sit, heredes deponentis, si quidem incerti sunt, non quidem ut hereditatem adeant, quippe res singularis non est hereditas, sed, ut rem depositam demonstrato hereditario iure, accipient, per edictum vocandi sunt. t) Heredes etiam incogniti eorum, qui depositionis autores erant, veluti rei, qui postulabat pro expensis cautionem ab auctore, edictaliter ad iura sua proponenda citari possunt, quae tamen citatio pertinet ad speciem supra expositam de conuocandis creditoribus. Verum speciei huic plane contrariae locus etiam dandus est. Fac enim creditore mortuo nescire debitorem, qui sint heredes eius, optare tamen liberationem a debito. Nemo dubitauit, quin possit iudicem adire, ut, cum velit liberari per iudicalem depositionem, ad videndum deponi heredes creditoris, vel quisquis suum interesse putauerit, edictaliter vocentur, dummodo, quod indicis arbitrio relinquendum, debitum ad depositandum sit habile. I.) In lite quoque copta heredes auctoris, postulante reo, et huius, volente illo, si plane incerti sint, per edictum erunt vocandi ad litem continuandam. Erant autem hi omnes, quos hoc usque commemorauit, tales, qui de iure ad eos pertinente et acquisito, quod tanquam concessum et competens a citante magistratu ponebatur, desideria sua exposituri sunt. Iam de iis agendum, qui ad dominium vel aliud ius acquirendum citari possunt. K.) Nempe hoc referenda est edictalis citatio in subhastationibus, et ea, qua inuitantur, quibuscumque id negotium placet, ad rem aliquam,

t) de edictali citatione in causa depositi apud nos in Saxoniae Electoratu agit Mand. d. a. 1779. §. I. no. 6. Iam omnes commemorauit causas citationis edictalis, quorum in specie in hoc Mandato Saxonico mentio fit. Noli tamen credere, eas solas esse, quae in nostris terris absueruntur.

Reliquas enim non excludi per expressam hanc legis mentionem, luceanter pater ex ipsis verbis in §. I. in fine: dasingegen es übrigens in allen andern Fällen, wo den Rechten nach, die Edictal-Citation ebenfalls statt findet, dabei sein Bewenden hat.

quam, vel opus eriam, conduceendum. Non quidem eiusmodi invitatio solet venire nomine edictalis citationis, sed appellari Substationes-Patent, u) Pacht-Anschlag, et si quae alia sunt nomina: verumtamen in multis rationem citationis per editum haber, imo praeiudicium praeculsi saltim tacite inest. Sane nonnulli eiusmodi vocationem, ad substationem in primis, citationibus edictalibus non immerito et autoritate quarundam legum in corpore iuris Iustinianeo<sup>x)</sup> annumerant.<sup>y)</sup> Praeter emisionem vero atque conductionem in aliis contractibus, qui titulum acquirendi iuris eiusdem praebent, consuetudo non admittit vocationem publicam edictalem eorum, qui contrahere velint. Etsi nonnunquam publice offeratur mutuum, velut ex piae causae patrimonio, ex massa, quae dicitur, concursum, id tamen ab inde citationis edictalis longius videatur absisse. Transeo ad causas dominii aliasque iuris conseruandi. L.) Scribit inter caerera Schulzen<sup>z)</sup> locum dandum esse edictali citationi, quando possessoris persona est incerta, nec per inquisitionem haberi potuit certitudo, allegataque hanc in rem l. 6. C. de remiss. pigi. Hanc legem id probare vix putauerim. Imo difficulter fieri videtur, ut contra incertum possessorem actio institui possit. Res tamen non omni caret exemplo. Repetam aliquod ex Saxonia nostra, quod aliquoties accedit. Data scilicet sunt a statibus provincialibus chirographa publica, quae satis nota sunt, et Landschaftliche Obligationen nominari solent. Domini nonnunquam, quaedam, quae numero et litera sua indicant, igne aut alio casu fortuito perdita esse, riant, suumque sibi ius conseruari perunt. Cuius voti ut compotes fiant, quippe chirographis illis adhuc existentibus, quispiam ea suo potest iure possidere, a Quatuordecembris aerarii nominum publicorum curandi necessarium habitum fuit, ut, quisquis aliquid iuris in chirographum descriptum in citatione a litera et numero habere existimaret, citeretur edictaliter. Nonnunquam

eodem

<sup>x)</sup> u) v. g. in Ord. Proc. Sax. Rec. ad. tit. XXXIX. §. 12. <sup>y)</sup> Barckhausen disp. de cir. edit. §. 26. <sup>z)</sup> L. III. C. de locat. praed. civil. <sup>z)</sup> disp. de cir. edit. Cap. III. §. 13.

quodam modo factum esse, memini etiam chirographis priuatis casu deletis. Evidem de illo iure, quod iuris Romanis propriis dominium est, conseruando non videatur in hoc caussa disceptari, siquidem magis de incorporali, quantitate scilicet, defendenda, quam de corporali, chirographo, agitur: facultas tamen disponendi de quantitate, quae est in bonis, ad dominium proxime accedit. M.) Simile quidpiam est libris magistratum publicis, in quos hypothecae, et aliae conventiones, quarum publica annotatio a iudice perita est, referebantur, combustis, aliquo casu perditis, vel quoad ordinem male dispositis. Id enim si euenerit, videmus nonnumquam, optimo sane consilio, magistratus indicare, agi id, ut libri publici recte ordinentur, insimulque omnes, quorum interest, in nouis libris in suum commodum aliquid annotari, editi. Galiter citare. His subiungo, N.) speciem valde singularem. Scribit Schultzen: a) quando clericus laicum bonis spoliavit, ad huius instantiam clericum per edictum a iudice seculari citari posse. Provoacat ad Marantam alios auctores. Is Maranta b) haec tradidit etiam, addito: quia iudex secularis non potest specialiter citare clericum, potest expovere unam citationem generalem per edictum, ut, quiunque sua putauerit interesse, compareat ad allegandum, quae ille laicus restituiri non debeat. Ex quo apparet, edictum id non ita esse intelligendum, ut clericus per id nominetenus sit citandus, quam interpretationem admittit Schultzeni proposicio, sed ut inter citatos generaliter, qui sua interesse putant, comprehendatur. Verum praeterea ne in eo quidem recte intellectus est Maranta. Etenim is provocat ad leges Neapolitanas, in quibus hoc iuris remedium expresse permittitur. c) Hoc itaque ad alias prouincias, quae eiusmodi non

gaudent  
mendit a proposito, in modis aliis modo possunt et simili similia ampli

a) disp. de cir. edit. Cap. II. §. 10.  
b) in spec. aur. aduocator. P. VI.  
tit. de cirat. no. 88.  
c) v. g. capitulum ad regale fastigium, Regis Roberti d. a. 1314. in pag. 305.

quo haec de edito generali propo-

nendo ad vocandum quemque,

qui sua interesse putauerit, verbis expressis occurruunt. vid. *Conflitut.*  
*viriusque Sicil. a Mazillo congetas*

gaudent lege, non potest applicari. Sed si clericum spoliasset cer-  
tum sit, a laico etiam in suo foro priuilegiato conueniri deber.  
Quae si ponamus, omnino, quod addidit Schultzen, laici iudicis  
edictum quod ad clericum contumacem, inutile erit. Certe nostris  
moribus spuria haec est editialis citationis species, cum actor rei  
forum necessario sequatur. Hi, quos huc vsque nominauit, pro suo  
iure defendendo vocantur, O.) sed id quoque permisum est, edicta-  
liter citare incertos, vt pro alius iure interueniant. Praetor enim  
Romanus etiam in pupilli, quamuis praesentis, bona si si non de-  
fenderetur, mittebat aetorem, et in possessione, quamdiu defensore  
ille carebat, hunc tuebatur. Euocare autem debebat eos, quos de-  
fensionem pupilli in se suscepuros esse putabat. d) Hanc euoca-  
tionem, quamuis Vlpianus, is enim haec ad edictum praetorium  
commentatus docuit, non videatur de vocatione ignororum homi-  
num verba fecisse, ita sumit Bärckhausen e) vt incognitus quisque  
editaliter citetur, qui defendendi pupilli officium velit subire. Nec  
putio, incommodam esse hanc doctrinam, quippe illa in fauorem  
pupillorum introducta latiorem etiam admittunt interpretationem,  
praesertim, si id consideremus, quod non solum euocarentur, qui  
defendere voluissent pupillum propter necessitatem, sed etiam, quae  
sunt Vlpiani verba, qui propter charitatem, vel qua alia ratione id  
facturi essent. Id ipsum tamen ad alias personas, quibus iura ita,  
vt pupillis, non fauent, minus recte applicaretur. Etsi quilibet in  
iudicio defendi possit ab eo quoque, cui nullum dedit mandatum, f)  
tamen ad capiendum hoc consilium nemo est citandus. Verum,  
quod ad hodiernos mores, etiam de euocandi ipsis pupilli defen-  
soribus inutiliter videtur disputari, vtpote cui tutor, si nemo, qui  
eum in iudicio defendat, existit, statim iudicis officio constituendus  
est, scilicet, si tutorem non habebat, ne in ius quidem vocari por-  
erit. Iam III.) se a iure abdicandi causa citatio editialis etiam con-  
cedenda

d) L. 5. §. I. D. quib. ex caussis in  
possession. eatur. iunct. L. 10. cod.

e) disp. de cit. edit. §. 16.

f) vid. Berger in Oec. Iur. L. IV.  
tit. IX. th. I. not. 3. et LL. ibi cit.

cedenda est. Hoc evenit, si minor, qui hereditati, quam suscepit, restitutionis in integrum usus beneficio, renunciare iterum malit. In hac causa per nouellam constitutionem g) praecipit, ut creditores, si omnes in eo loco praesentes sint, in quo restitutio postulatur, a iudice illius loci citentur, ut possit praesentibus omnibus minor ab hereditate abstinere; si vero non sint omnes praesentes, locorum, in quibus degunt, iudices adiri iussit, qui per consuetas citationes illos vocent. Ex qua constitutione, ab auctore authenticarum, quisquis ille fuerit, haec ei rei forma data est, ut solemniter a iudice citari debeant, b) hanc autem solemnitatem non immerito deinceps I<sup>st</sup> de edictali citatione ratione incertorum creditorum sunt interpretati. i) Praeterea IV.) in negotio gerendo, in quo creditur alicui datum esse contradicendi facultatem, citatio per edictum suam praestare potest utilitatem. Scilicet si contradictor sit incensus, k) ad quod probandum varia loca iuris et ciuilis et canonici solent laudari. l) Praecipuum autem, quod in hanc causam pro fundamento ponitur, quippe, quae ex iure ciuile allegentur, directo eam rem non probant, Bonifacii VIII. constitutio, qua vetuit confirmari clericos a superioribus suis prius, quam competitores vel qui se volunt opponere, si appearant nominatum, alias generaliter, in ecclesia, in qua electio est, vocati sint, ut compareant in termino assignata. m) Ex hoc A.) Doctores statuerunt, ante confirmationem electi ad dignitatem vel beneficium per edictum in ecclesia propositorum contradictores esse citandos: n) quamvis verba constitutionis non videantur citationem edictalem, sed proclamationem postulare, quod

g) Nov. CXIX. cap. 6.

i) cap. vlt. de elect. in VI. L. 6. C. de remiss. pign. L. II. §. 3. D. de instit. act. et auct. si omnes creditores paulo ante excitata.

j) Barckhausen in disp. iam laud. f. 23. adde Gothofred. ad cit. Nov.

m) all. cap. vlt.

k) Maranta d. I. no. 89. Gail. L. I. obf. 57. u. 6. Carpzov. in Resp. L. III. resp. 23. u. 18.

n) Lanevellott. in instit. iur. can. L. I. tit. 9. §. illud etiam. Maranta c. u. 92.

quod etiam summa Ioannis Andreae, o) indicat, qua: *si apparet colectus vel se opponens, scribit, ille vocabitur nominatum alias sicut in ecclesia crida generalis etc.* Hoc, vt, qui in hac causa ius habent contradicendi, vocentur edictaliter, B.) non tam auxilio iuris ciuilis, p) quam potius usu fori ad alia quoque negotia accommodatum fuit, praesertim in emtionis venditionis contractu. Cum enim circa rem emtam ex iure retraetus vel protimis eos, retrovenditionis pacto, item, si bona sint auta sive feudalia, ex causa agnationis simultaneae inuestiture, aliaque simili, si forte alia sunt nomina, alicui ius esse possit, poterunt hi, quibus vi huius contradicendi emtioni facultas est, sive vere, sive, quod ita existimarent, non enim semper, qui agunt vel qui contradicunt, legitime agunt aut contradicunt, conuocari. Ita nonnunquam legi, feudo vendito, edictaliter, a curia feudali ad preces emtoris vel vendororis vel vtriusque, citatos fuisse, qui ex causa agnationis, retraetus, protimis eos, revocationis, fideicomissi, vel alia feudali ius sibi esse in praedium venditum putauerint. In Saxonia eiusmodi citationi occasio desicere videtur. In Lusatia tamen superiori aliquatenus hoc pertinet, quod supra iam exposui, q). Quin etiam in hac prouincia ex causa simultaneae inuestiture Lusatiae tacite r) locum dari possit edictali citationi, agnatis incertis, vix credo in dubium iri vocatum. Eadem, quae de emtione scripsi locum sibi vindicant, si quis velit qualitatem fundi, consentientibus his, quorum interest, murare; vt, cum neficiat, annon incerti quidam existant, quibus ius contradicendi denegari nequit, hos edictaliter cirari faciat, qui iura sua intento opponant. Hi omnes, quos hue vsque in medium protuli, per edictalem citationem ad ius suum prosequendum, saltim indicandum, vocantur. V.) Restat vt videamus, an incerti aut incogniti etiam ad obligationem soluendam per edictum citari possint. In his nostris terris unquam hoc fieri, mihi non innotuit. At enim

F 2

vero

o) ad id cap. fin.

p) in legibus supra laudatis.

q) ex Ordin. Praefect. Indic. P. VI.

r) Ob. Laus. Lehns-Ordn. d. a.

1652. §. Als erklären.

vero extra Saxoniam in nonnullis prouinciis cum moribus vel ipsis legibus hoc conuenit, vt, debitore abaerato bonis cedente, non credidores solum, sed etiam debitores eius citentur edictaliter, et hi quidem adiecto etiam praeiudicio, vt, quicquid debent, ad massam, quae dicitur, concursus conferant, vel curatori bonorum soluant, aut tradant. <sup>s)</sup> Praeprimis hoc pertinet ad illos, qui pignora a debitore communi accepta possident, qui ad ea, salvo iure pignoris, reddenda, sub poena iuris huius amittendi citari possunt. Pariter, apud quos debitor communis aliquid depositus, vt hoc indicent, et reddant, possunt sub poena vocari, et quidem, si incerti sint, edictaliter. VI. Postremo hoc addendum est, nonnullos autores scripta quaedam a magistratibus publice proposita ad citationes editales referre, quae edita quidem, cum a magistratu edantur, non autem citatoria, sed monitoria aut dehortatoria dicenda essent. Videlet quidam inter citationes editales ponunt A.) praemonitionem, ne quisquam cum certo quodam male administrante institore, qui non inandus est, contrahat. <sup>t)</sup> Eiusmodi edictum per ipsas leges Romanas licet proponere. <sup>u)</sup> In quibus cum priuato permittatur, proscribere ante tabernam palam de institore, ne quis cum eo contrahat, ad efficiendum, quo minus dominus negotiationis ex eius facto teneatur; multo magis, talem adhortationem publice propoundingi, magistrati erit potestas, ab eo, cuius interest, vt id faciat, regato. Non tamen est obscurum, in hac re neminem citari. B.) Aliud eius generis est, si quis sit pro prodigo a magistratu declaratus, quo casu solet edictum proponi, vel ex ipsa lege <sup>x)</sup> propoundingum est, atque in eo simul quilibet moneatur, ne cum prodigo contrahat, omniaque, quae cum hoc prodigo peragentur, fore invalida et irrita, declaratur. Saltim, etiam si haec non expressa sint in edito, tacite sub ipsa declaratione pro prodigo secundum negotii

<sup>s)</sup> Exemplum habe in Statut. Hamburg. P. I. tit. 43. §. 2.

<sup>t)</sup> vt fecit Maranta loc. saepe all. n. 90.

<sup>u)</sup> L. II. §. 2. D. de inst. a.c.

<sup>x)</sup> vt in Saxonia. Chursichs. Vor-

mundschafts-Ordn. Cap. XXIV. §. II.

naturam subintelliguntur. C.) Adhuc ad id genus hoc etiam pertinet, si praedio, quod dominus vel domini ad id destinarunt, a cedente consensu domini directi vel magistratus, qualitas imponitur fideicommissi familias, et publico edicto, hoc factum esse, a magistratu vel curia feudali significatur. In hac enim ipsa significatiōne incit facita admonitio de cauendo in contrahendo cum praediū possessoribus futuris; ne, qui ad solam magni forsitan praediū possessionem aduercent animum, mortuo possesso propter dominium ad vitae tempus restrictum sua fraudentur pecunia. Quod in illis in primis prouinciis magnum habere vtilitatem potest, in quibus hypothecae conventionali priuata antiqua sua superest vis. Certe in quibusdam ita memini fuisse proposita. Hae igitur sunt species, in quibus citantur edictaliter incerti non habitatione solum sed ipso nomine. Incerti enim omnes edictaliter citandi sunt. y) Iam si necissimus, quorum interstet et tamen hi, quorum interest, vel ex necessitate vel ob vtilitatem, vocandi sint, satis planum est, eos incertos esse, adeoque omnes, quorum interest, citandos esse edictaliter, z) quam regulam comprehendere simul volo, quas forsitan omisi, huius generis species.

### §. V.

#### Classis secunda.

Hos incertos excipiunt illi, qui non nomine quidem sed habitatione tantum tales sunt. Multi autem Doctores scribunt, vagabundos esse edictaliter citandos, a) qui sunt illi, qui certum do-

F 3

mici-

g) Carpzov. in proc. tit. VII. art. IV. n. 5. et in Resp. L III. Resp. 23. n. 14. cum aliis ibi allegatis, quamvis ex cap. 36. de elect. in 6. probatio male desumpta videatur.

z) Carpzov. in Resp. l. c. no. 18. Gail. in obs. L I. obs. 57. n. 6. cum

alii ab his laudatis, qui ad leges, not. k. excitatas simul prouocant.

a) Gail. l. l. n. 4. Carpzov in Resp. L II. resp. 25. n. 10. 11. Maranta in speculo P. VI. tit. de citat. n. 83. Damhouder in praxi rer. civil. cap. 59. n. 7.

nicilium non habent. b) Et volunt quidem, *edictum citatorum affigit  
eo loci, ubi solitus est vagabundus conuersari, c)* ut citatio vim suam  
per modum notoriū sortiatur d) Verum hoc ipsum nimis vagum  
est, si id generatim asserimus. Nam, hoc posito, unusquisque  
iudex quemennique, qui certo caret domicilio, per *edictum* in  
quacunque causa posset in ius vocare, quod absurdissimum est,  
si quidem nulla *citatio effectum* verum sortiri potest. Etsi enim  
vocatus pro coniuncte habeatur, executio tamen condemnationis  
desistatur obiecto. Potius ad causarum differentias, aliaque,  
quaе circumstant, erit respiciendum. Scilicet, vt taceam, non  
omnes *edictaliter* citari posse, etiam nesciamus, vbi sint, veluti  
de minoribus et absentibus reipublicae causa, si non agatur de  
crimine, docet Brunnemannus, e) in *civilibus causis* vagabundus  
in *foro originis* f) vel *deprehensionis*, g) vel etiam coram indice  
eo, sub cuius *iurisdictione* *domicilium* habebat, cum mutatio non  
sit *praesumenda*, in *criminalibus præterea in foro delicti*, h) item  
in *foro particulari*, ut *rei sitae*, i) conueniri potest. Poteſt etiam  
*forum arresti contra vagabundum* permitti, si sit locus, vbi ali-  
quid bonorum reliquerit. k) Itaque si quis vagabundus in *foro*,  
in cuius *limitibus* inuenitur, conueniat, *edictalis* nullo modo  
locum habebit *citatio*, *propreterea*, quod *citatio in faciem insinuari*  
potest, neque *edictalis*, vt supra dictum, nisi *necessitas postulet*,  
admititur. De *foro autem originis* et eo, in quo *domicilium*,  
qui nunc *circum vagatur*, olim habebat, aliqua *superesse* potest  
dubi-

7. Barckhausen in *disp. de cit. edit.*

§. 9. Schultzen *disp. de edit. cit. Cap.*

III. §. 2. Brunnemann in *proc. cap.*

III. n. 19 Mencken in *Proc. tit. IV.*

§. 1. etc. vid. *l. 1. m. 1. a. 1. d. 1. n. 1.*

b) Carpzov. d. l. et alii.

c) sunt verba Galili l. c. l. 1. n. 1.

d) Maranta d. l.

e) in *Comm. ad Pand. ad L. XXII.*

zit. l. l. 54. n. 1.

f) Berger in *Oec. iur. L. IV. tit. IV. tb. 1. n. 6. alii*, apprehensio concurrat, malunt, vid. Barckhausen l. c.

g) Berger l. c. Carpzov l. c. n. 11.

b) Krause in *prolegom. §. 34.* Berger l. c. tb. 2.

i) Berger l. c.

k) vid. Ludovici *Cinl. zum Civil- Proc. Cap. IV. §. 2.*

dubitatio. I) Nam contra iuris analogiam esse videtur, ut iudex, coram quo actio instituta, roget de affigendo edicto alterum, vel sub eius iurisdictione solitus est vagabundus conuersari, secundum Marantae doctrinam superius expositam, vel, sub cuius iurisdictione bona vagabundi nonnulla sita sunt. m) Neque quod ad criminalia hodie solent forum delicti commissi admittere Doctores, sed tantum apprehensionis, nisi legibus provincialibus illud statuat. n) Quamobrem, si forum rei sitae et arresti, (bonis custoditis) item causarum nonnullam privilegium excipias, vix puto edictaliter citari posse vagabundum, nisi, quae mens est Carpzovii, o) intelligas, vagabundum in suprema instantia conueniri, quo facto, eius mandato editum, vel in loco, vbi bona vagabundi sita sunt, vel in quo frequenter appareret, recte affigitur, quamvis, si bona alicubi reliquerit, vix putauerim, superiorem iudicem adestamus, opus esse, cum facilius, foro arresti constituro, finem aucturus consequetur, quod ne in Saxonia quidem nostra aliter decidendum esse reor, cum, detineri bona, ex certis causis licet. p) Nunc ad specilia veniamus. Et tres quidem constitutam ordines incertorum quod ad domicilium, qui ob hanc causam edictaliter citandi sunt. Quidam enim vocantur sine controversia, alii, qui sunt actores, alii tanquam rei: hi autem cum inchoandae litis causa, tum lite iam pendente.

I) Ad hos, qui vocantur edictaliter, cum nulla cum iis sit controversia, referendi sunt omnes, qui propterea citantur, ut curam rerum suarum suscipiant, quas per absentiam suam deferuerunt

I) vide Carpzov. L. c. n. 2. 3. 4.  
m) Mencken in Pand. L. XLVIII.

tit. 3. §. I.

n) ita rei componere voluit Barckhausen. L. c. §. 10.

o) L. c. n. 6. ex Gaiilio Lib. I. coh. 1. n. 33. quam sententiam etiam alii

multi amplexi sunt, quos vide apud Barckhausen L. c. §. 10 et II.

p) vid. Ord. Proc. Sicc. tit. L. I. §. I. verbis: oder aber, wenn sonst ein fremder quae lex, ob maioritatem, vt digunt, rationis, ad vagabundum merito applicabitur.

rant aliiue administrandas reliquerant. Hi sunt A.) absentes, q)  
qui, cum per multos annos absint, et incertum sit, vbi reperi-  
antur, vel, pro regionum partim diuersis moribus, partim Docto-  
rum traditis, propriet aeratem, vel tantum, quia diutius absunt,  
mortui presumuntur. r.) Illos igitur prius, quam pro mortuis de-  
clarentur, editaliter, ut sua bona a curatore iis constituto recipi-  
ant, citandos esse, ex acuitate pariter atque nonnullarum prouin-  
ciarum legibus luculenter Illustris Schottius s.) demonstrauit. Sunt  
porro, B.) qui apud iudices, quicquid illud sit, siue pecunia, siue  
pretiosa aliqua res, siue chirographum, deposuerunt, si causa de-  
positionis sit sublata.

Tolli autem potuit, vel controversia, cuius causa res depone-  
batur, finita siue transactione, siue re iudicata, eaque quod atinet  
ad deponentem, absoluente, vel actione, quae depositioni dedit  
occasionem praescriptione extinta. t.) Hi igitur deponentes, positi-  
tis, quae explicata sunt, vt suum recipient, sunt citandi, et qui-  
dem, si insinuatio ad manus vel domum fieri nequit, editaliter.  
Sed is etiam, qui rem deponi postulavit, vel, qui in eam ipsam  
ius aliquod habere contendebat, vel, quod in suam securitatem  
traderetur in sequestrum, causa principali finita aut extinta, atque  
deponente, rem reddi, efflagitante, poterit, ad rem depositam  
videndum reddi, si nesciamus, vbi sit, ne in posterum, se inau-  
ditio redditam esse, queri possit, per edictum citari. Porro hi, in  
quorum commodum, non a debitore, sed ab alio, aliquid depo-  
siuum est, possunt, vt hoc accipient per edictum vocari, si reperi-  
nequeant. Quotidie hoc fit in concursus creditorum processibus.  
In his enim, non raro multos annos durantibus, locantur quidem  
credi-

q.) Qualis absentia, cum varia sit,  
in hac causa intelligatur, solide do-  
cuit III. Schott in disp. de eis. edit. in  
petit. ber. obs. supra laud. Cap. I. §. 1.

r.) de diuersis opinionibus et le-  
gibus ratione temporis ad hanc pae-

sumptionem necessarii consulenda idem  
eruditus libellus Cap. II. §. 2 s<sup>u</sup>.

s.) ibid. Cap. II. §. 6.

t.) de his vide Mand. Elect. Sax.  
iam alleg. d. a. 1779. §. 1. n. 6.

crediteores, qui magnam partem extranei sunt, sed interea dum expectatur sententia pecunias distribuens, moriuntur mandatarii et actores. Iam nescit index, ubi mandantes creditores, qui saepius in eo loco, quem mandato subscripterunt, non amplius sunt, imo nunquam habitarunt, reperiri possint. Quamobrem aliter res expediri nequit, quam iis per edictum ad pecuniam depositam eorum causa recipiendum vocatis. Ex aduerso quoque, si debitor quantitatis vel rei certae liberari velit, potest rogare iudicem competentem, ut creditorem, quem inuenire non potuit, ad videndum deponi editaliter citet. Eodem modo plerique, quorum in superiori paragrapgo menio fulta est, ut C.) creditores, quibus hypothecam constitutam esse scimus, quibus tamen solutum esse fundi dominus, emtor item aut vendor, aut is, cui noua constituitur hypotheca, afferit vel credit atque presumit, D.) dominus rei vel saltem eius possessor, qui eam, cum abiret, aliqui imprudens reliquit, E.) heres mortui vel legatarius, F.) successor in fideicommisso paeditio vel testamentario, G.) in feudo H.) in iure conferendi beneficium aliud, I.) in hoc beneficio ipso, vel K.) in sepulcro aliave re ad familiam pertinente, nec non L.) is, cui scimus ius contradicendi alicui negotio competere, et M.) sic libri publici in ordinem redigendi sint, hi, de quibus magistratus nostrum est, quod aliquid existat eorum causa in libros referendum, omnes quidem isti, si, qui sint, satis constet, non tamen, ubi sint, editaliter vocari possint ad recipiendum suum et ius, quad habent, persequendum. u) Praeterea N.) qui deseruit praedium tributarium, cum posse, ut redeat, id colat, tributaque praefter, editaliter citari, quod hodie non raro sit, iam iure Romano x) praescriptum inuenimus, et huius auctoritate, quamvis in ea re dubia, ab ICtis traditur. y) In Saxonia Electorali aliquoties iussi sunt magistratus praedia deserita

u) de his omnibus conferantur loca superius quoad ignotos atque incertos ratione nominis sic laudata.

x) L. 2. C. de omni agro deserto.

y) Maranta in spec. aur. P. VI. tte. de cit. n. 93. Barckhausen disp. de cit. edict. §. 25.

deserta sub hasta vendere: z) idque in aliis quoque prouinciis fieri, quo magis rei natura hoc postulare videtur, eo minus in se dubii habet. O.) Ita etiam in multis regionibus coloni futuri nonnunquam edictaliter citantur, vt ad praedium, cuius possidendi spem habent, quamvis non sit desertum, sed a praesente colono colatur, redeant, forte, vt colono aerate nimis prouecto afflant, siveque auxilio quo minus ager fiat incultus, impediunt. P.) Denique, qui officio fungitur, idque non administrat, sed vagatur, per edictum ad administrationem recipiendam vocari potest. Probatur hoc ex iure Canonico. a) Secundum hoc clericus fraudulenter absens ter per edictum, si citatio (priuata scilicet) ad eum peruenire non potest, vocandus est, vt reverteretur et residat, si beneficio gaudet idque residentiam poscat. b) Hoc quod de clero precipit, non male ad alia officia applicabitur, quamvis vsu hodierno deserentes officio saepius, etiam nullo praevio edicto, priuentur. Et in his quidem exemplis nulla lis est, ad quam inchoandam vel continuandam aliquis citetur. Iam, II.) si ponamus item, auctor quoque edictaliter citari potest. Et quidem A.) si ad agendum prouocetur, scilicet ex lege diffamari. Evidem videbatur Gaiilius e) in quaunque provocatione ad agendum edictalem prouocati admittere citationem, ita: sexto scribens, *in materia diffamacionis possunt per edicta citari omnes, qui sua interesse putauerint.* At enim vero, cum diffamatio probari debeat, diffamans igitur nomine suo incertus esse nequeat, edictalis citatio, vt recte obseruavit Schultzen, d) additis aliis auctoribus, in hoc quoque processus genere locum sibi non vindicabit, nisi diffamantis copia haberi nequeat. B.) Alterum est, si auctor, sive prouocatus, sive non prouocatus, item non prosequitur. Evidem reus non cogitur, vt item finiat, si auctor cunctetur. Nam, si per tempus lege definitum auctor omittat continuare item,

<sup>a)</sup> ut in Ref. Grav. d. a. 1661. tit. <sup>b)</sup> vid. Barckhausen disp. cit. §. 13. von Consistorial Sachen f. 21. et Maranta l. c. n. 91.  
deinceps saepius.

<sup>c)</sup> Cap. II. X. de clericis non re- <sup>d)</sup> obf. 57. L. I. n. 9. in f.

sidentibus.

litem, ipsum eius ius praescriptione tollitur, reusque liberatur. Verumtamen cum aliquando rei intersit, litem finiri, moras neftentem auctorem iudicis auxilio compellere potest, vt, nisi malit renunciare liti, eam continuet. Qui si absens est, ipsi etiam iuris Romani preeceptis e) per edictum publice citari potest, f) quod, cum aequitas hoc postulare videatur, nonnumquam fieri ipsa docemur experientia. Quamobrem, vbi reassumptio litiis est necessaria, quin ad eam heredes auctoris ab aduersario nominati, si, vbi degant, nescimus, edictali citatione vocari possint, nemo dubitabit. Haec de auctore. III. Reum autem edictaliter citandi amplior est occasio, non solum A.) ad continuandam litem, vel ipsum reum, quicunque ille sit, et in quacunque causa, vel eius heredes nominibus suis certos, eodem modo, vt auctorem eiusue heredes, sed etiam reum ad inchoandam, id est, ad respondendum ad ea, quae auctor in libello suo proposuit. Partim hoc ad personarum conditionem, partim ad causarum indolem pertinet. Et, quod ad prius huc referas B.) vagabundos, de quibus supra satis scriptum est. Noli autem sub hoc verbo, quo scriptores ICri vii solent, intelligere homines, otio deditos, item mendicandi quin surandi causa circumvagantes, quem significationem verbo *Vagabunden* solemus hodie tribuere, quamuis etiam hos istud verbum complectatur, si nullibi habitent: sed eos omnes, qui cerro domicilio carent. Quamobrem mercator, qui negotiationis causa perpetuo peregrinatur, si nullibi familiam, domum, tabernam aut locum, in quo merces reponat, habeat, scilicet totam tabernam in dorso ostiatim circumferens, circitorem g) dixeris, is etiam vagabundus sensu, quo a Doctoribus vocabulum accipitur, nominandus est. Referas ad has, non vagabundas, (id enim conditionis dignitas vetat) sed personas edictaliter citandas C.) studiosos, qui discedunt ab Academia contra legum Academicarum praescriptionem, veluti, si arrestati, id est, a Ma-

G 2

gistratu

e) Auth. qui semel C. quom. et quan-  
do index. Nov. CXII. cap. 3.

f) Maranta L. c. n. 87.

g) de his vid. Rivini disp. de circi-  
toribus.

gistratu Academico permanere iussi sunt, et si debitorum nexus ex lege detineantur; h) Hi per statuta atque consuetudines Academicas solent edictaliter vocari; i) praesertim ex hac, ut puto, ratione, quod virum in patriam an in aliam Academiam migrauerint, incertum sit. Ad posterius, causarum scilicet indolem, pertinet D.) controvrsia eius generis, quae processus desertionis appellatur. In hoc malitiosus defertor, praeuis quibusdam solemnibus, k) edictaliter ad respondentium ad auctoris libellum citatur. l) Nonnulli ex hac causa, quia vagabundus sit defertor, id fieri existimant, m) quod tamen, cum citeat ad forum privilegium id, sub eius iurisdictione domicilium et habuit et retinet, non recte puto statui. Reatis, quia malitiosa desertio ad delicta referri potest, siquidem in causis delictorum fugitivus saepius edictaliter citatur. Hoc in primis fit E.) in processu, qui dicitur, bannitorio Saxonico, quem iudex institui curat contra delinquentem fugitivum, quamvis is nostris temporibus, tanquam sine villa utilitate tamen sumtuum plenus. In hoc igitur, si iudex non comperiat, fugitivum alicubi domicilium constituisse, eum per edictum rite citet, necesse est. n) Operae non est pretium, in hac re immorari, ut, utrum hominem nomine suo incognitus, qui deliquit, per edictum vocari possit, aliasque quaestiones disquiramus. o) Alia igitur refaramus. F.) Vasallus feloniae accusatus, si non constat, ubi inueniatur, ex iure

Saxo-

b) vt ex lege Acad. Wittenb.

i) Schultzen disp. de edict. cit. Cap. III. §. 2.

k) quae in processu desertionis necessaria sunt, ante, quam possit edictalis decerni citatio, studiose ex Carpzovio aliquis collegit Wernher in obs. P. I. obs. 204. n. 33. usque 42. sed adde Ill. Hommel. prine, iur. eccl. prorf. cap. XX. §. 10. II.

l) Barckhausen disp. de cit. edict. §. 26. no. 3. Carpzov. in Iurisprud-

eccles. P. III. tit. V. def. 62. Wernher l. c. cum aliis ab eo allegatis, praeципue etiam Stryck in tract. de diff. sponsal. nullit matr. ex malis. desert. Sect. VI. §. 35 sq. Schultzen l. c. §. 12.

m) Carpzov l. c.

n) Sachsischer Inquisit. II. Achts. Proces. tit. 15. art. 2. §. 5.

o) vid. plura in libro modo allegato, et in Ludovici Einleit. zum peinl. Proc. Cap. III. §. 25 sq.

Saxonico Electorali forte etiam alio, edictaliter citatur. p) Idem fit G.) ratione dolosi decoctoris, in fugam se coniiciens. q) H.) In crimine laesae maiestatis eandem citationem locum habere, tradit Schultzzen, r) addita ex Menochio ratione, quod illa accusatio sit summaria. Verum potest I.) hoc etiam in processu super alia delicta fieri, modo constet de competencia iudicis citantis, idque non solum in accusatorio, qui certe rationem ordinarii habet, sed quoque in inquisitorio. s) His litigantibus adiungo K.) litis denunciantes, qui, si non inueniantur, cum tamen litis denunciatio aduersus illos locum habeat, ad respondendum et defendendi denunciantis causa comparendum, per edictum eodem modo, ut auctor aut reus, citari possunt. t) Caeterum in his omnibus non id opus est, ut longe ab eo loco absint, cuius iudex eos edictaliter citat. Possunt enim in ipsi vicinia commorari, modo latenter. Is enim, qui latitat, ut nesciamus, in quo loco sit reperiendus, per edictum citandus est; u) praesertim si id loco fiat. Saltim si latiter sine suo dolo, veluti, si ab alio derivateatur, in integrum contra effectum citationis erit restituendus. E contrario si quis aufugit quidem, sed postea certo loco inueniri possit, is non est edictaliter x) sed per requisitionem citandus.

p) Refr. Elekt. Sax. d. d. 26. Iunii  
1737.

q) Schultz in disp. all. Cap. III. §. 15.  
aliique ibi laudati.

r) Mand. wider die Banquierou-  
ters d. a. 1766. §. 9.

u) Maranta in Spec. P. VI. tit. de  
cit. n. 84. Schultzzen disp. de cit. edit.  
Cap. III. §. 1. Stryck in innrod. ad  
prax. for. C. IV. §. 3. Bastineller  
disp. de cit. edit. §. 8. aliique ab his  
allegati.

s) Krause in tradit. Proc. L. II.  
Cap. X. Secl. III. §. 6. Engau El. in-  
crim. L. II. tit. 28. Bastineller disp.  
de cit. edit. §. 18. 19. 20.

x) Bastineller cit. loc. §. 6.

## §. VI.

*Classis tertia.*

Nunc de his speciebus edictalis citationis agendum est, quando et nomen et domicilium citandi satis cognita sunt. In his imprimis prouidus sit iudex, ne ex imprudentia sua illi ipsi citato, vel etiam eius aduersario damnum ensaeatur. Causam autem in his speciebus hanc solent praeferre Doctores, si citatus per se vel per alios quoquo modo efficiat, ne citatio ad se peruenire possit. a) etiam si de criminali agarur causa. b) Sed non sufficit haec defteratio, quae etiam nonnullis paulo accuratius exposita est. c) Fundamentum huius doctrinae, quae nonnunquam ipsa fulcitur aequitate ex variis iuris Canonici locis repeti solet, d) quorum tamen ad eam probandam non omnino eadem vis est. Nimirum in hac refere quatuor causas a Doctoribus passim tradi video. Aut enim ob dolum citandi, qui impedit, quo minus possit insinuari citatio, aut ob dolum alias, aut ob conditionem loci periculosa aut ob molestem insinuationis priuatae, edictali citationi dant locum. In his vero omnibus non respiciendum est ad litis obiectum, sed, quaecunque causa sit controversa; si ex istis rationibus una existat, ad reum edictaliter citandum sufficit. Reum, inquam, nam, quod ad auctorem, rarissime haec species locum inuenier. Ad eos tamen perinebit nonnunquam, qui vocantur ad sua recipienda, administranda, defendenda, quos praecedente paragrapho enumerauit,

prae-

a) Maranta in *spec. P. VI. tit. de tit. n. 84.* Gail. *obs. 57.* L. I. n. 1. XIV. *tb. 1. not. 5.* Bastineller *disp.*  
*tit. n. 84.* Gail. *obs. 57.* L. I. n. 1. *de cit. edict. §. 13.*

Termineus in *proc. cap. 12.* Carp-  
zov in *def. for. P. I. const. 2. def. 29.*  
*n. 4. et in Resp. L. III. resp. 23. n. 15.*

Mevius in *decif. P. I. dec. 253. n. 8.* Wernher in *obs. P. I. obs. 72.*  
Bareckhausen *disp. de cit. edict. §. 11.* *in suppl. n. 6.*

Brunnemann in *proc. civ. Cap. III.* c) vt a Bergero *I. c.*  
*n. 19.* Berger in *Oec. Iur. L. IV. tit.* d) C. II. X. *de cler. non resid. Clem.*  
*2. de iudic. et Clem. vn. de foro Comper.*

*Cap. I. §. 3. cod. in 6.*

praesertim, cum citatio eum habere possit exitum, ut constituta iura sua aut officia amittant. 1.) Primum igitur est, si dolo suo cirandus efficiat, ut priuata citatio ei nequeat insinuari. Non quidem hoc refero, quod Maranta e) refert ex Alexandri opinione his verbis: *quartus casus (edictalis citationis) quando aliquis fuit clausus in domo sua, et non patitur se videri.* Quamuis enim domui affigenda sit citatio, f) non tamet vere publica, aut edictalis exinde sit, ut recte scribat Barckhausen, g) in affigenda in tali causa citatione edictalem non desiderari, sed regularem et consuetam sufficere. Neque hoc refero eos, qui latitant, de quibus iam ante egí, et si hi quoque dolo suo efficiant, quo minus priuatum accipere possint citationem. Sed potest A.) ad hanc causam pertinere, si, qui semel in faciem, ut dicimus, citatus, abierit, procuratore non relitto, et coepit in longinquuo habitare, quae est Hilligeri h) sententia ex Scaccia, quam bene refutat Brunnemannus. i) Namque sola longinquieras sufficere non potest, ut aliquis edictaliter citandus sit. Sane iure Saxonico hoc euentu per dictum citare non licebit. k) Certius B.) hoc occasionem tali citationi dabit, si vocatus ordinario modo nolit acceptare citationem, additis minis, si nuncius redire ausus sit, cuius rei exemplum habes apud Hornium. l) Leyserus m) aliud, quod ad hanc referendum est, enarrat, si praefens in territorio magistratum, qui cum conuera citatione vocari iussit, agnosceret nolit. Hoc tamen vi puto, manifestum est, in utraque specie id inesse simul debere, ut affixio citationis priuatae impedita fuerit, propterea, quod haec insinuationis vice est, et priuata insinuata, publica amplius locum inuenire nequeat. Tradunt equidem DD. alicubi, citationem, quam quis sibi

e) L. c. n. 86.

k) arg. Ord. Proc. Rec. tit. IV. §. 3.

f) vid. supra §. 2. not. c. d. e.

l) in Consultat. et Resp. Cl. XII.

g) disp. de cit. edit. §. 11. inf.

R. 99.

h) ad Donell. L. XXIII. Cap. 2.

m) in medit. ad Pand. Spec. XXXII.

not. rr.

med. 5. in fine.

i) in proc. civ. cap. III. n. 20.

sibi tradi impeditur, ipso iure pro insinuata haberi; <sup>n)</sup> verum ob incertum dolisatus esse, ut denuo, et id per editum citetur, alii, quos sequi aequum est, maluerunt. <sup>o)</sup> II.) Quae autem de dolo citandi ipsius dicta sunt, ea fere etiam obsinent, si alius interueniat in eo curando, ut citatio priuata ad eum non possit peruenire. Ita quidem generatim rem proponi soleri, ex superiori traditis iam apparet. Verum videtur in hac causa aliqua aliqua opus esse distinctione. Aut enim id, quod ab aliis sit, citandi iussu, rogatione aliquo adiumento sit, aut eo nesciente, vel nolente etiam. Si illud, nemo ambiget, cum in impedimento ordinariae insinuationis ipse concurrat citandus, quin iustissimum sit, ut ad editam citationem proueniat: si vero innocens sit in hac re citandus, non semper locus erit editio relinquendus. Fac, ut hoc exemplo illustrem, absente citando eius famulos aut domesticos nec recipere velle citationem, quae alias, illis tradita, rite esset insinuata, nec, ut affigatur, permittere, nequidem, iussu domini id se facere asservantes: an in hac causa poterit statim eligi per editum citatio? Non putauerim, ut porius reditus citandi exceptandus, et priuata citatio repetenda sit, cum ei factum domesticorum, qui ipsi proper id suas luent poenas, non sit imputandum. Quamobrem in hac specie omni circumspetione erit opus, ne absque necessitate per editum citetur, qui ordinario modo vocatus lubenter venisset. Quare ab edito abstinentur esse reor, quotiescumque index repetita priuata citatione finem consequi potest. Itaque A.) si probabile est, iussu citandi impediri affixionem priuatae citationis a domesticis, vel aliis etiam citationi per editum locus esse videtur. In primis autem occasio publice citandi est tunc, cum sub alius magistratus iurisdictione sit, qui vocatur, commoretur, quo casu rogatio huius iudicis de curanda vel permittenda citationis traditione, requisitoriales dicimus litterae, necessaria est. Manifestum tamen

<sup>n)</sup> ut Gail L. I. obs. 55. n. 4. ex ciali, partim editum proponi iuvariis juris canonici capitibus, quae bent.  
<sup>o)</sup> Bastineller diss. de cit. edit. §. 13.

tament est, superiorem hic non intelligi, quippe qui ab eo magistratu, qui ipsi est subiectus, non potest cogi, ut citationem insinuari faciat. Etiam is rogatus iudex, qui cum rogante eundem agnoscit superiorem, perperam citaret per editum ob denegatam insinuationem priuatam. Scilicet, si iudex requisitus insinuare nolit, superior eius adeundus est, <sup>p)</sup> vt eum, ad curam iusinuationis, quam iniuste detrectauit, cogat. Hinc id potest tantum de eo magistratu accipi, qui cum citante non eidem superiori subest, sive alii potius principi subiecto. Quoies autem citationem editalem ob impedimentum a magistratu citati illatum admittimus, tories hoc quoque opus est, vt iniuria impeditat, v. g. si actio sit realis, vel lis pendens etc. Nam semper requisitionem a requisito negligi etiam posse, si requirenti ius vocandi reum non sit, satis constat. <sup>q)</sup> Sed poterit etiam fieri, vt inferior magistratus superiores citationem insinuari veter, cuiusmodi audaciae exempla sunt in his, quae Gailius <sup>r)</sup> et Hornius <sup>s)</sup> enarrarunt. In hac specie editalis citatio admitti potest, quamvis alia quoque ratione res expediatur. <sup>t)</sup> Itaque A.) si magistratus suo facto impedit nuncium alterius iudicis, quo minus vocato citationem tradere possit, vt vetando, non admittendo illum in locum, in quo citatus repertitur, quin forsitan in vineula coniciendo, dum tamen magistratus citans iure suo nuncium in istum locum miserit, idque pati loci magistratus obligatus est, nullum superest dubium, quin editali citatione electa nouae iniuriae licentiam praecidere possit iudex. B.) Deinde, si magistratus magistratum, misla citatione priuata, roget, vt eam insinuari iubear, isque rogatus per has litteras requisitoriales, quamvis causa talis sit, vt subsidiari citationi locus sit dandus, tamen eam preferendam ad citatum nolit curare, omnino vocandus erit editaliter cirandus, <sup>u)</sup> quamvis non desint.

<sup>p)</sup> Griebner princ. proc. iud. L. I. C. I. Sect. 2. §. 6. not. d.

<sup>q)</sup> Barth in hogd. for. Cap. I. §. 14.

<sup>r)</sup> in chf. L. I. obs. 55. n. 1.

<sup>s)</sup> vid. supr. not. 1.

<sup>t)</sup> vid. Gail. cit. loc. n. 1. er4.

<sup>u)</sup> Berger in Oec. Iur. L. IV. tit.

14. rba. not. 5. Krause in proc. L. I.

C. I. Sect. 2. §. 8. Kästner in delin.

proc. Cap. IV. §. 3. Schultzen disp.

H

qui hoc, inconsulte sane, negauerint. x) Prudenter addit Brunnemannus, y) modo non occasio nem repressaliis praebeat. Quomodo itaque res erit instruenda, ut obiecti requirent iudici nequeat, se non omnia rite peregisse? Erit, si deneganti insinuationem superior sit iudex, hic implorandus, ut subditum sibi cogat. z) Si superiorum non agnoscat, vel is quoque petitiones negligat, potest, ut nihil desit, quod ad permouendum eum facere videatur, denuo rogari, ut citationem ad eum, qui nominatus est, perferendam faciat, addito, ni facheret, hunc hominem edictaliter citatumiri, cuius comminationis exemplum seruauit nobis Barthius. a) Certe non immerito Brunnemannus b) de hae re verba faciens eam explicuit ita: si certum sit, iudicem loci non executurum petita, nec compulsurum citatum, ut compareat. Nam si iudex requirens forte, quod non statim responsionem a rogato iudice acceperit, ad edictalem prouolare veller citationem, iustae citati ad superiorem magistratum deferentur querelae. Et in hunc fere modum explicandus est Gailius, quem supra enarravi videri in causis diffinationis ab initio statim admittere citationem per edictum. c) Quae cum ita sint, C.) multo magis, si ipse citatus, colludendo cum magistratu eius loci, in quo habitat, vel etiam cum alio, efficiat, quo minus citatio ad eum peruenire possit, edictaliter erit citandus, cum proprius quoque dolus, hoc facto, eum noxiu[m] reddat. III.) Iam sequitur loci conditio. Etenim si locus, in quo vocandus reperiiri potest, tutus non est, locum esse dicitor citationi edictali. d) Esi

haec

de cit. edict. Cap. III. §. 16. Leyler  
in medit. ad Pand. Spec. 32. med. 5.  
Brunnemann in proc. civ. Cap. III.  
n. 20.

x) ut quidam Castlevatus et aliq.  
quos excitatos legas apud Schultzen  
loc. cit.

y) l. c.

z) Mencken in proc. tit. IV. §. 2.  
Krause l. c.

a) loc. cit.

b) l. c.

c) vid. Mencken in proc. disp. pro-  
aemial. II. §. 23.

d) Maranta in spec. arr. P. VI. tit.  
de cit. n. 85. Gail in obs. L. I. obs. 57.  
n. 2. Carpzov in Resp. L. III. resp. 23.  
n. 17. Schulzen disp. de cit. edict. C.  
III. §. 1. Brunnemann in proc. civ. C.  
III. n. 19. Stryck inrod. ad prax. for.  
C. IV. §. 3. Baffineller disp. de cit.  
edict. §. 11.

haec doctrina auxilium habeat a iure Canonico, ej) in quo Pontifices ita statuerunt, vt citentur per edictum, quorum domicilia sue loca non possunt tute libereue adiri: f) tamen aliquam iniquitatem ea nonnunquam habere in se videatur, in primis eo casu, si citando ne ulla quidem imputari possit culpa. Nam, quid sit illud non turum, in constitutionibus pontificiis de metu et potentia aut malitia citandi, g) vt iudex non audeat, reum in eo loco, in quo degit, vocari facere, h) explicari videtur, in quam sententiam Gaius ij hanc rem tractat, sed a DD. nisis generalioribus supra exscriptis verbis, tute libereue, passim latius intelligitur, vt sic a Maranta, k) si locus non sit securus ob aliquas guerras vel inimicitias, vel alio modo, quem alium modum nonnulli, vt Stryck, l) in obsidione, quin in peste, m) ponant. Cum autem in obsidione loci, vel eo peste infecto citando ne quidem exire et ad judicem abire licet, quis est, qui hanc doctrinam durissimam esse, non videat. Quid igitur verat existimare, pestem pro causa edictalis citationis nunquam, obsidionem autem tum demum, cum citandus sponte in loco oppugnato commoretur, habendam esse. Imo ne quidem bellum generatim edictali citationi locum dabit, vt etiam non immerito de his, qui castra sequuntur, edictaliter citandis dubitauerit Bastineller, n) etiam si in his simul hoc concurrat, vt, quo loci inueniantur, saepius sit incertum. IV.) Amplissimus autem in hac classe locus est eorum, qui, ut volunt DD., ob molestiam insinuacionis edictaliter citandi sunt. Oritur autem haec ex multitudine citandorum vel ex longinquitate loci, in quo citandus domicilium haberet, vel tandem ex metu nimiarum expensarum. Suspecta omnino est tota haec classis, nisi lege ita iubente vel permittente, defendi potest. Non enim in vlla harum specierum necessitas quaedam apparet, quae tamen, ut superius

## H 2

traetia.

- e) Clem. I. de iudic. Clem. un. de for. comp. Clem. 3. de elect. cap. 13. de off. deleg. in 6.
- f) d. clem. I. de iudic.
- g) d. clem 3. de elect. et c. 13. de off. deleg. in 6.
- h) d. clem. un. de for. comp.
- i) l. c.
- k) l. c. quem exscriptis Schultzen l. c.
- l) l. c.
- m) de hac etiam Bastineller l. c. scribit.
- n) disp. laud. §. 9.



tractatum est, sola debebat edictalis citationis esse causa. Est scilicet illa modus subsidiarius. Iam in quacunque ex ipsis speciebus, sive ad expensas, sive ad hominum multitudinem, sive ad longinquitatem loci respicias, priuata citatio optime expediri potest, saltem mediata, sive rogato iudice fori domicilii citandi. At enim, vbi suppetit ordinarium remedium, non est viendum subsidiario.<sup>o)</sup> Tamen, si nimia molestia sit, iuris auctores id concedendum esse statuunt. Ita Barckhausen: *p)* *Si citatio simplex, scribit, non sine ingenti difficultate executioni mandari possit, tum potest index in principio causae curare, et citandus per editum publicum vocetur.* Singula accusatio perpendamus. A.) Itaque, si uniuersitas quaedam citanda sit, ob multitudinem personarum perhibent eam per editum vocandam esse, Maranza, *q)* et Schulzen.<sup>r)</sup> Sunt enim, qui credunt, insinuationem senatu, imo syndico factam omni vi destitui.<sup>s)</sup> Hodie haec doctrina plane in desuetudinem vocata videtur. Ne quidem iure Imperii necessarium est, ut uniuersitas per editum citetur, sed sufficit citationem tradi consuli, aut qui alias collegium dirigit.<sup>t)</sup> Esi ibi simul aliquid de affigenda citatione in curia, *u)* tamen hoc non de citatione editiali sed priuata, melioris notitiae causa affigenda, intelligendum erit. Ita quoque iure nostro Saxonicō uniuersitas priuata citatione vocanda, et distinete, cui insinuanda sit, praeceptum est, *x)* idemque aliarum prouinciarum leges definituerunt, quod, cum huius loci non sit, agere de insinuatione priuatae citationis, latius perlequi omitto. B.) Quae de uniuersitate traduntur in hac re, ea de quacunque multitudine citandorum accipiunt nonnulli.<sup>y)</sup> Sed magis verum est, omnes citandos singulos pri-

*o)* DD. passim arg. *I. 2. D. de praefcr. verb.*

*p)* *disp. de cit. edit. §. 24.*

*q)* *in spec. aur P. VI. iii. de citat. n. 94.*

*r)* *in disp. de cit. edit. Cap. III. §. 8.*

*s)* *quos vide apud Schultzzen loco modo citato nominatos.*

*t)* *Ord. Cam. d. a. 1555. P. I. tit. 38. §. 10. 13.*

*u)* *ibid. §. 15.*

*x)* *Ord. Proc. Sax. Elect. Rec. tit. IV. §. 2.*

*y)* *Carpzov in proc. tir. VII. arr. IV.*

*n. 35. ex doctrina Bartoli et Iasonis.*

*Schulzen l. c. §. 8. qui alios antiquiores fecutus est Barckhausen *disp. de cit. edit. §. 15.* Baffineller *disp. de cir. edit. §. 12.**

priuatim esse vocāndos, ut ex scriptis Doctorum et legib[us] prouincialibus permultis, quibus etiam Saxonica z) addenda est, solide demonstrauit Martini. a) C.) Succedat causa ex longinuitate loci, ad quem deferenda esset priuata citatio, repetita. Hanc nonnulli b) ad citandum per editum sufficere autuunt. Adiuuatur haec sententia aliquatenus iure Canonico. c) Nihilo tamen secus magnam redoler iniquitatem, cum per citationem mediatam finis vocationis possit obtineri. Itaque ne quidem propriea, quia alicubi bona possideret, editaliter vocandus est is, quem scimus, in quo loco reperiatur. d) Quamvis enim is extraneus, qui alicubi bona possideret, nonnunquam in eo loco conueniri, quanquam, si iuriandum subiectionis praesliterit, personalis sit actio, possit, tamen ex hoc solo non sequitur, cum per editum citare licere. Quamobrem D.) spuria sunt, quae refert Damhouder, e) editaliter vocandos esse, qui patriam deferuerunt plane, et in alias regiones se[us] moraturos transfluerant, si non vagentur, vt, vbi sint, nesciatur. E.) Simili modo, qui extra territorium Principis, cui magistratus citans subiectus est, habitar, non potest, cum domicilium certum sit, citari per editum. Cum igitur visus sit Leysero f) Gailius g) in hanc inclinare sententiam, eam falsam esse neque legibus comprobata docuit. Sed quicquid illius sit, a summis Imperii Tribunalibus hi, qui habitabant extra Imperii Romano Germanici fines, nonnunquam per editum omnino citati sunt, h) quod tamen hoc loco longius enarrandum non est. F.) Tandem, ut summis pareatur, admissa est aliquando editalis citatio eorum, qui nomine et domicilio certi sunt. Vniuersaliter id affirmari non debet, siquidem, quae impensae magiae, quae paruae sint, non cuiuslibet relinqui potest arbitrio. Hinc

## H 3

ad

z) Ord. Proc. Rec. I. I.

a) Comment ad Ord. Proc. Sax. tit. IV. §. 1. n. 281.

b) Terminus in proc. cap. 12.

c) Clem. 3. de elef. ubi haec leguntur: *in domo, quam appellatus habitare consuevit, vel si dominus eadem in remota exsistat, in ecclesia cathedrali etc.*

d) vid. Barckhausen disp. laud. §. 13.

e) in praxi rer. civil. cap. 59. n. 7.

f) in medit. ad Pand. Spec. 23. med. 5.

g) L. I. obs. 56. n. 7.

b) vid. exempla apud Schultzen laud. disp. Cap. III. §. 17.

ad leges cuiuslibet prouinciae vel consuetudines est confugendum, et praeter illas occasio editalis citationis, quae secundum regulam in subsidium tantum locum habere deber, non est arripienda. Ita in Saxonia, i) si concursus sit creditorum, certos creditores cum interris simul per edictum vocando sumrum causa hoc modo constitutum esse, iam antea commemorauit, quod tamen alibi k) non, ne quidem olim in ipsa Saxonia l) licuit. Eodem fere modo videmus saepissime in Saxonia nostra denunciari editaliter dominis partium metallicarum a iudicis fodinis metallorum regundis constitutis, moranibus iis in soluenda rata sua parte sumrum ad labores in fodina continuandos aedificiaque necessaria conseruanda, ius (iam, si strictius legi inhaereas, amissum) perdiuum iri, si ulterioris solutionem distulerint, et ita quidem, ut et nominibus et ipsis domiciliis describantur. Hoc etiam prudenter ex hac causa fieri, ne sumitus citationis priuatae excedant forsitan ipsum debitum, manifestum est, quamvis hanc quoque rationem habere potest, quod nonnunquam non constet de vita omnium sociorum in fodina, multaque ambages exinde nascerentur, si requisitoriales litterae, vel quia mortui sunt, vel quia domicilium mutauerunt, remitterentur inutiles. In aliis autem causis, in quibus lex vel consuetudo id non absisse permittit, ab appellando in edicto, certos, qui vocandi sunt, nomine suo abstinentem est, siquidem, quin male hoc ferant plerique, vix potest dubitari.

### S. VII.

#### *Cumulatio citationum editalium. Cisatio editalis tacita.*

Quae per hanc omnem disputationem tractauit de singulis editalis citationis causis, ea non ita intelligi volo, quasi ob vnam quamque etiam necessario et semper singularis proponi publice debeat citatio, in quo ipsam contrariam haberem experientiam. Imo vero, quemadmodum, in uno libello plures proponere actiones,

i) per Ord. Proc. Rec. tit. XLI. §. 2. l) Resol. Grao. d. a. 1661. rit. von

k) vid. Ludovici Einl. zum Conc. Justit. Sachen §. 10.  
Proc. Cap. III. §. 1.

nes, plerumque licitum est, quod, si fiat, cumulationem nominare solemus actionum: ita quoque cumulationem citationum statuas edictalium, si plutes, qui non ex eadem causa vocari poterant, tamen eadem citantur scriptura. Fit hoc in primis et saepius quidem, cum citatio per edictum prouocationem aliquam in se continet. Evidem in ipso creditorum concursu videtur quaedam esse cumulatio. At eam item ne ad hunc quidem refero locum. Est enim in illo processu aliqua omnium creditorum consortio, quippe qui condomini sunt bonorum a communi debitore cesserum. Iam condomini, consortesque istis in iure nostro pro via habentur personi, et socii inter se certo respectu constituant universitatem. Longe igitur aliud puto inesse in hac cumulatione, de qua verba feci. Scilicet, ut exemplis id demonstrem, in ipsis locis, quorum leges vel mores postulant, ut debitores debitoris communis simul cum creditoribus illi ad soluenda debita, hi ad profitemendum horum hominum classis separatum citatur, sed uno edito unaque scriptura, utraque, ut, quae sicut sunt officii, faciat, iuberter. Alibi, quando de hereditate ex praesumptione mortui agitur, ille, qui pro mortuo declarandus est, et heredes eius, nonnunquam etiam creditores, quod tamen, nisi aut id postulent heredes forte iam cogniti, qui desperant de bonorum sufficientia, aut constet de hereditatis exiguate, que iudicem adducere potest, ut credat, bona hereditaria debitis hereditarisi non sufficiunt fore, durum nimis videtur propriea, quod creditores nullo existente concursu nullaque diffamatione ad agendum intra istud spatium, quod ad praescriptionem concessum est, prouocentur, hi, inquam, omnes via vocantur eademque editiali citatione. Nonnunquam cum emturi ad fabbestationem vocantur, simul creditores, quibus in rem vendendam actio compeit, eodem citantur libello, quamvis vtrorumque longissime diversa sit ratio. Si alii quoque cum aliis. Saepius variae illae causae vocationis distincte in ea citatione exponuntur, saepe communi vocabulo comprehendantur. Ita modo aliquis index scribit, welche ex capite successionis hypothecae, crediti, (male nonnunquam addunt, debiti) vel alio quocunque

enige

einige Ansprüche zu haben vermeynen, modo alius non minus comode: alle die, welche aus irgend einem Grunde on — — Ansprüche zu haben glauben; rursus alius, cui longior placet oratio, prius separatum vocat heredes, et postea addit: Zugleich werden alle diejenigen, welche etc. vorgeladen. Quaecunque illa sit formula, nisi certa quaedam legibus praescripta sit, nihil interest, modo satis sit perspicua, vt, quem vocare voluerit per edictum suum index, satis appareat, ne inutilis sit citatio cum multis expensis plerumque coniuncta. Postremo praetermittere silencio non possum, videi nonnunquam quosdam tacite citatos edictaliter. Scilicet, per subhastationem et adjudicationem rei subhasta venditae expirare hypothecas, Doctorum opinio est.<sup>a)</sup> Bene tamen monet Leyserus.<sup>b)</sup> id accipiendum non esse, nisi, quod legibus<sup>c)</sup> confirmatur, subhastatio legitime facta sit, ita quidem vt praeter reliqua programmata publice proposito admoniri fuerint creditores. Quamobrem, si programma subhastationis vitio carer, non opus est, vt citemur expressis verbis hi, quibus ius in fundum publice vendendum est, sed, si postea in subhastatione atque adjudicatione ipsa omnia rite peracta sunt, hoc ius creditorum, si profecti id non sunt, expirat, cum tacite moniti sint per illud programma de credito profiendo, ex quo, fundum iri publice venditum discere poterant. Simile quid est, cum rei alicui qualitatem familiae fideicommissi adiectam esse, per edictum notum sit, sit autem in nonnullis prouinciis semper: quando quidem, eti vt prouide agat, cum fiduciario, quisque ille sit, non addatur, nihilotamen secius ad maiorem curam in his negotiis adhibendam ipso facto quilibet invitatur. Multo magis hoc obseruandum est, in edicto judiciali, quo quis declaratur pro prodigo. Etiamsi index declarans non adiecerit, quemlibet sibi cauere debere, ne cum prodigo contrahat, tamen vel ipsius rei natura docer, eam in edicto tacite inesse adhortationem.

- <sup>a)</sup> Carpzov in def. for. P. I. Const. 28. def. 183. n. 2. Berger in Elec. discept. for. rit. 39. obs. 10. not. 3. Philippi de subhasta. C. 4. comm. 18. 17/q.
- <sup>b)</sup> in med. ad Panit. Spec. 236. med. 1. 2.
- <sup>c)</sup> L. 6. C. de remiss. pign. j. l. 8. cod.

Errata nonnulla typographica eaque potiora in disputatione.

Pag. 12. in nota b) pro *vn*. lege: *XII*. pag. 13. lin. 5. pro §. III. lege: §. II. p. 14. in nota n) pro IV. lege: no. p. 17. lin. 3. ad verbum: scripta, addendum est hoc: citatio. p. 18. lin. 11. pro Latine lege: Latino. p. 19. lin. 10. pro Curia lege: Curiae. pag. ead. in nota f) pro XCI. lege: *XLI*. p. 21. in nota m) pro *prov*. lege: *proc*. p. 22. lin. 8. pro a lege: ad p. 23. in nota n) pro B. ponendum Pr. p. 25. in nota i) lege: per proclama p. 26. lin. 4. pro ab lege: ob ead. pag. in nota m) pro 11. lege: no. ead. in nota r) pro vit. lege: cit. p. 30. in nota h) pro denem lege: alteri p. 31. lin. 28. pro *rigur* lege: *eigne* p. 32. lin. 4. pro productus lege: productus p. 35. in nota o) pro *vocant* lege: *vacant* p. 36. in nota p) pro 3. 6. lege: 3. b. et ibid. pro September lege: Septembbris p. 37. lin. 26. pro aeque lege: eaque p. 38. lin. 16. pro suum lege: sua p. 39. lin. 27. pro Quatuordecim lege: Quatuordecim p. 40. lin. 20. pro quae lege: quare ead. pag. in nota a) pro II. lege: *III*. p. 42. lin. 3. pro *praecepit*, lege: *praeceptum*, ead. lin. 7. pro *iussit*, lege: *influm*, ead. p. lin. 17. pro ciuile allegentur, lege: *civilis allegantur*, ead. lin. 22. pro *assignata*, lege: *assignato*. p. 44. in nota u) pro II. lege: u. ead. in nota x) pro II. lege: u. p. 45. lin. 10. pro *magnum* lege: *magnam* ead. lin. 11. pro priuata lege: *priuatae* ead. p. in nota z) pro k. pone: I. p. 46. in nota h) ad verbum: in, adde hoc: *processu*, p. 47. in nota p) pro L. I. ponas: *LI*. p. 48. lin. 18. pro qui in lege: *qui in* pag. ead. lin. 25. pro *accipient* lege: *accipiunt*, ead. p. in nota r) pro *confundenda* lege: *confundendas* p. 49. lin. 20. pro *sic* lege: *si* p. ead. in nota u) pro *sic* lege: *sui* ead. in nota x) pro 2. pone: u. et post verbum: *deserro* adde: u. p. 50. in nota a) pro II. pone: u. p. 51. lin. 20. pro *queni* lege: *quam* p. 52. lin. 17. post verbum: *plenus*, adde haec: *venir in defuetudinem*. p. 53. lin. 11. pro *astor* lege: *astor* ead. pag. lin. 16. pro id loco lege: *id dolo* p. 54. lin. 8. pro *nō nullis* lege: *a nonnullis* p. 55. in nota f) adde: pag. 19. ead. pag. in nota h) pro *rr.* lege: *H.* p. 56. lin. 24. pro A.) ponas: *z)* ead. p. lin. 27. post verbum: *autem*, pone: *β)* p. 57. lin. 15. pro *superiores* lege: *superioris* p. 59. lin. 13. pro *ponant*. ponunt. p. 60. lin. 18. post verbum: *aliquid*, addendum hoc: *legatur* p. 61. lin. antepenult. pro *sunt*. lege: *erant*. ead. in nota f) pro 23. pone: 32. p. 63. lin. 12. pro *puto* lege: *puta* pag. ead. lin. 16. post verbum: *profitendum*, addenda haec sunt: *credita*, *vocentur*, *non quelibet* p. 64. in nota a) pro 17. lege: no. 17.



Wittenberg, Diss., 1779




3

f

sb.



# Farbkarte #13



DE  
TIONIS EDICTALIS.

IN AVGVRALIS 1791 4

VAM

ESIDE  
DOFR. CHRISTIANO  
GELIO

AE PROV. ELECT. CONSIST.  
FACVLT. IVRID. VITEBERG.  
C. IN LVSAT. INF. MARCH.  
ESSORE

AMIS IN VTROQVE IVRE  
ORIBVS

A. O. R. MDCCCLXXXI.

Q. C.

VRVS EST

CTOR

VSTVS HERING

LVSATVS

FERRIS ELECT. SAX. ET LVSAT. SVP.  
AR. PVBL. CAES.

BERGAE,  
SCHIEDRICHII.